2.

PHARMA-

COPOEAE, IACO-


BI SYLVII MEDI-

ci Libri tres, his, qui artem Medicam, & Pharmacopoeã tractant exercéntque, maximè necessarij.

INDICE copiosissimo, quo quidem hucusq; caruit, adiecto.

REM MAXIMAM SIBI PROMITTIT PRUDENTIA.





LVGDVNI,
APVD GVLIEL. ROVILLIVM.
M. D. XLVIII.

AD LECTOREM.



T RECTE *est ueterum sermone celebrata sententia. Quam quisque nouit artem, hanc exerceat unà atque excolat, & totus in ea uersetur, sic rectè nūc pronunciari posse mihi persuadeo, quū quisque exercere artem constituit, hanc accuratè prius perno scat. Id quod si hodie diligentius obseruarent homines, non tam multi repentè fierent medici, nullādum medicinæ parte illis probè peruestigata, nullius adhuc morbi curatione apud præceptores obseruata. Cum tamen esset è re ipsorum: sed ma gis etiam ægrorum, si nullum omnino affectum susciperent curandum, quem non antè obseruassent à præceptoribus curatum. Quam rectè cū ægris ageretur, si hac ætate qui medicinam factitant, si essent antè sub præceptoribus instituti affectus cognoscere, illis occurrere, futura prænuntiare. Non mediusfidius per hominum mortes, experimenta sic agerent imperiti adhuc, & rerū omniū suarum rudes medici: tam quæstus auidi, ut quid eos deceat ignorent, quid famam perstringat nesciant, ut interim animæ detrimentum taceam.*

Vbi enim medicas nescio quas præceptiunculas memoria didicerint, ac medicamentorum certas quasdam scripturas, se medicos profitentur. Illis est satis scire antidotũ, catholicum uerbi gratia, humorum omnium redundantiam uacuare, cum ignorent, quibus, & quanta singulorum mensura constet, quæ singulorũ sit facultas, quæ horũ cum illis sic mistoriis: eadémque in cæteris medicamentis cõpositis utuntur, ignorãtiæ impostura. Quid per deum immortalẽ hoc hominis portẽto, se medicum mẽtiente, est reipublicæ pestilentius? quod nota censoria dignũ magis est facinus? Cur leges cessatis in hos carnifices, ut meriti sunt, animaduertere? An nondum extant quæ hanc capitalem inscitiam puniant, & nouo uindictæ exẽplo coërceant? aut si hæc peccãdi licentia impunè permittitur, cur non modo ex typographorũ prælis, sed omni omnium hominũ ordine in medicinam non conuolatur? Sed Deus optime maximè nobis largire meliora, & indoctis his carnificibus ignorantiæ suæ conscĩẽtiam oppone, ut facinorũ tam indignorum pœnitẽtia confusi, in ordinẽ suum redigãtur. Iam ab hac arena explosis circulatoribus istis, rem medicã sincerè tractaturo nõ soli pharmacopæo necessariũ esse hanc medicinæ partem quæ simplicia deligit, ad compositionẽ præparat, & denique fœliciter cõmiscet, docere aggredior.

f

um pharmacopœi fides tibi ſuſpecta eſt, ue-
que ob id ipſi ſimplicia deligẽti, præparãti, mi
ıti, adeſſe, quid ex hoc ſtudio emolumẽti conſe
re, niſi hæc tu ut ille pernoſcas? imò quam tibi
amiæ notam imprudẽs inuris, dum ignarus ho
n ſimplicium medicamentorũ, tanquam aſinus
dã ad omnia eius rogata auribus motis uelut
uis. Quid quod tibi ſæpe etiã uolens pharma-
œus illudit, & mea ſentẽtia iuſtiſsimè, dum co
i nucamẽtum pro pipere longo oſtentat, dum
taurij magni radicem pro rha pontico, dum
rum paluſtrem noſtrũ pro Indico & uerò por
it, ſed uitia hæc tolerabilia ſunt. Pro Hellebo
autẽ nigro, Arabum napellum, aconiti genus
buſdã, hodie propè ab omnibus pharmacopœis
ſtitui quis ferat? an non communis eſt utrique
dicorũ & aromaticorũ ordini ignorantia &
pa? Venia dignior eſt impoſtura, cum ariſto-
hiam clematitim nobis frequẽtem pro duabus
js rarioribus ſupponunt: indignior cùm ſcãmo
ım crudũ pro cocto miſcent, aut largius quàm
iptura medicamẽti poſtulet, medicamẽtis im-
ſcent, aut etiã cùm alicuius ex tithymalis lac
ſcent pro ſcammonio. Quæ errata cæteráque
nia in medicamẽtorum miſtione cõmitti ſoli-
ſi uellem perſequi, longior Iliade noſtra proce
ret oratio. At ut donemus medico ad cõponen-

dum nihil opus esse diligenti ista in simplicibus medicamentis deligendis, parandis, & miscendis exercitatione, iam pharmacopœo commissa: ad pernoscendum autem compositi uires, omnia hæc illi ad unguem sunt pernoscẽda: si enim unius simplicis improbitas totam sæpè cõpositionẽ uitiat, ut abundè in methodo medicamenta cõponendi docuimus, an parui esse tibi debet singulorũ simplicium delectus, si item præparationis ratio simplicium uires auget, minuit, abolet, nouas acquirit, ut libro secundo explicauimus: quã tu horum ignarus facultatem toti medicamẽto tribues? Si denique mistionis modus ex eadem materia unguentum, ceratum, emplastrum efficiat an tibi est negligendus? Crede mihi absurdissimus est, ac sæpè ridiculus, qui medicinam facit, harũ rerum ignarus, non dico quoties medici imperiti enumerata simpliciũ turba subscribãt, fiat emplastrũ, uel aliud, cum tamen ad hanc medicamenti formam scripta illa simplicia nunquã ueniant. Quæ res medicum pharmacopœo ignorãtiæ suspectum meritò reddit. Prætereà multos me uidisse tam harum rerũ imperitos, ut cum in officinas diuertissent pharmacopœorũ, non modo simplicia usu ipsis quotidiano celebrata non agnouisse, sed neque composita medicamẽta illis propè continenter in ore & calamo uersata nouisse mollia ne

esse

nt, an solida, an non, id est ignorantia rerum cimè necessariarum craßißima? Quam ne nut plerique à medici dignitate alienum pu- in medicamentarias officinas diuertere, ibi uādiu sedere, quæ cōponuntur obseruare, quæ uetudo, ut in Gallia Narbonēsi est antiquis- , utinam hic saltem nunc inciperet ac proce- t, spectarent medici quàm fœdè freqūēter la ur ob compositorum iniquitatē, & fortasse ignitate, si scictia id minimè possent sua, in- os, aut improbos pharmacopœos à parua cō- ione deterrerent. Hæc prolixius à me scri- quàm rei natura postulet, fortasse ineptus uis calumniabitur: cùm tamen res ipsa lon- nam efflagitet orationem, quæ profligata orum ignorantia, omnes medici nomine di- dos in id studium impellere posset, ne post- sset accusationi locus. Faxit Deus, ut quis- quam exercet artem pernoscat, & medicus eorum ignoret, quæ ad morbos citò & tutò ndos utilia, uel necessaria esse consueuerunt. rò medicū omnia hæc intelligere oportet, nō opus pharmacopœorum euadat (nisi si quan orum desyderio cogatur aliquid huius artis ri) sed ut componenti pharmacopœo poßit modò adesse, sed etiam præesse, nec huius plinæ ignarus quotidie describat simplicia

quæ in emplastrum cogi iubeat, cum ex his quiduis potius quàm emplastrum perfici queat, quomodo cum amphora cœpit formari, currente rota cur urceus exit?

Viue, uale lector, siquid scis rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere gratus.

DE PHARMACOPOEI *officio.*

QVANQVAM *plurima cum medico habet cõmunia pharmacopœus, prudentiam natura insitam, medicamẽtorum absolutam cognitionem, diligentiam in his omnibus quæ suarum sunt partium maximam, probitatem: tamen non pauca ipsi propemodum propria uidentur, quæ tamen aliquando & medicorum fuerũt cum ipsi medicamenta parabant, id quod Galenum fecisse passim scripta ipsius loquuntur. Eius generis sunt medicamentorum delectus, ratione & experientia summa quæsitus: deinde seruandi hæc modus, & tempus quo uigent, aut iam uiribus effœta sunt ac exanimata. Item qua ratione unumquodque sit utendum, siue illud ipsum per se, siue cum aliis coquendo & terendo, uel alia ratione præparando. Sit præterea doctus grammaticam, ut compositiones ueterum, & scripturas*

med

licorum quotidianas intelligat, in quibus si l interdum hi scripserint largius aut parcius, ingratius quàm ægro huic competere conie- pharmacopœus, medicum amicè admoneat. umus prætereà pharmacopœum artẽ omnẽ icamenta deligendi, præparandi, & compo- di callere, cultu mediocri contentum, hila- , facetum, diligentem in rem ægrorum: non rum, non libidinosum, non ebriosum, non con iosum. Quæ iterum illi cum medico sunt cõ- ia, ut Hippocrates docuit libro de medici io. Quibus animi & corporis, & fortunæ do s si præditus erit pharmacopœus, nihil incon medico perito, cuiquam propinabit, præser magnarum uirium, sed neque quantũuis par um, cum horum uires nesciat: & plerunque ilia, hæc quamuis, ut uidetur, imbecilla, ta- quantitate, qualitate, tempore insalubria, gnorum sæpè morborum sunt occasio, & legi- am curandi rationem peruertunt, dum sub uratum corpus remedia iam maiora, sed ido non feret. Nihil etiam uel amore, uel odio, metu, uel pretio, uel ignorantia peccabit: ne- uenena abortum facientia, exoleta, adulte- a, aut supposititia unquam exhibebit: sed me- um doctum consulet quodnam simplex, aut positum illius penuria uolet substitui. Non

augebit medicamenti alicuius ualentis quantitatem, ut uacuatione hinc largiore sequuta dicatur medicamēta habere præstantiora. Quam uellem huius ætatis pharmacopœos ad hanc se uelut canonem conformare, & medicos ad suum: Non esset cur hodie tam neglecta iaceret medicina, etiam multorum probris lacerata. Deum optimum maximum supplex oro, & obtestor, ut aliquando id studium in mentes medicorum & pharmacopæorū immittat, ut esse quisque quàm uideri aut dici malit optimus, uel medicus, uel pharmacopœus. Quodsi diuinam illam gratiam neglexerint, faxit Deus, ut regia censura in eos aliquando animaduertatur, qui artem prius exercent quàm pernouerint, hominum corpori tam salubrem, cùm rectè obitur: tam insalubrē & perniciosam, cùm inscienter tractatur.

E MEDICA-
ENTORVM SIM-
LICIVM DELECTV
RITE FACIENDO,
LIBER PRI-
MVS.



vos tres libros his mensibus proximis sum pollicitus ad modũ rectè medicamenta componendi pertinentes, præstare aggredior. Primum scilicet, de accurato me
entorum simplicium delectu: Alte-
le legitima ipsorum præparatione:
emum, de modo miscendi medicamẽ
nponi idonea. Quod verò ad primum
em mihi propositum attinet, quan-
rectè à Mesuæ tradita est methodus
amenta purgãtia deligẽdi, & quam fa
l alia quoque medicamẽta deligenda
erre possit lector non indoctus: tamẽ
visum mihi est eã methodũ illustra-
laniorem reddere locis aliquot com-
ius, à Mesue post Dioscoridẽ, & Gale
bseruatis, nostro autem cõmentario

lat

latius effusis: quanquam & à me non pauca in hanc rem sunt dicta initio methodi medicamenta componendi: sed tamen quæ nũc trademus, neque bis dicta, neque ociosa facilè intelliges, si ea legeris attentius. Delectus itaque medicamentorum simplicium, vt aliarum rerum plurimarum præcipuæ sumitur ab ipsorũ substantia, quantitate, qualitate, actione, situ, & tempore. Quædam enim ipsorum præstantiora sunt, si crassæ sint substantiæ: alia, tenuis: nõnulla, densæ: alia, raræ. Sunt quæ magis leuitas commendet, quædam grauitas. Nec desunt quæ friabilia magis probamus, alia fractu & puluera tu contumacia. Adhæc glutinosa quædam, alia fluxilia. Aspera item nonnulla præponimus, alia læuia. Postremò hæc mollia aliis præstãtiora, illa verò dura iudicamus. Hæc enim propria qualitatum tactilium nomina substantiæ per se incomprehensibili & indicibili tribuuntur, quòd eius crassamentum & ex elementis mistionẽ primæ sequuntur, & omnium post sapores (qui etiam ad has referri possunt, cum gustatus quoq; Aristoteli & Galeno quidã tactus sit) maximè demonstrant. Ad eandẽ plenius declarandam nõ leuiter conferunt sinceritas, impuritas: hepatis, ferri, aliarumq; rerum nobis notarum, in substantia similitudo. Præterea substantiæ

tri

icis in vnoquoque, si obseruari queat, ia, penuria, mediocritas.

Quid autem hæc nomina qualitatum ta um medico significent, licet abundè sit icatum libro secundo nostræ methodi licamenta componendi, hoc loco tamē cis perstingere non fuerit alienum.

Crassum seu παχυμερὲς, quod ægrè in te s partes comminui potest. *Lib.10. simp.ca.3.*

Tenue seu λεπτομερὲς, quod facilè in par enues comminui potest, quod in siccis ificat in puluerem tenuissimū: in liqui- verò, quod prōptè latius se spargit, & cor quáquauersum citò imbuit, ipsumq́; ve- vanescit, vt aqua vitæ, oleum terebinti- & oleum ipsum aquæ colatum.

Densum proprie quod poros, id est mea- paruos per se totum habet.

Rarum propriè quod poros per se totum et magnos. *Lib.2. sanit. tuende.*

Densum per metaphoram & abusiuè est ctum in se, vt aqua, terra. Rarū verò est ū, vt ignis, aër, quanquam hæc elementa vnita, & ex similaribus natura, partibus stent, nec vllos tales poros habeant.

Graue quod mole exigua, pondus ma- m exhibet nobis, vel stateris, qualia sunt uea, terrea præsertim densa.

Leue quod mole etiam magna pondus

ex

exiguum pręstat nobis, vel stateris: vt igneũ & aëreum corpus, præsertim rarum. Aqua autẽ quæ cito calefit aut refrigeratur, Hippocrati leuissima dicitur: non tantum propriè vt difiniuimus, sed etiam per abusum, quod hippochondriis non sit grauis, nec in his diu immoretur ob essentiæ tenuitatem: quæ facit vt cito alteretur, promptè in corpus distribuatur.

Lib. 11. *Meth.*

γλισχρὸν, id est, lentũ & glutinosum iñ solidis corporibus quod fractu est contumax, humore partes terreas glutinante multò, & tẽtioni cedẽte, vt in sparto, salice, cornis, tendonibus, ligamẽtis, quę tusa latescũt magis.

Lib. 7. *Meth. in ruelle.*

Friabile quod promptè friatur, & in puluerem abit, etiam digitorum compressu, vt amylum, cerussa, caphura.

Lentum autem in humidis est quicquid ægrè dissolubile adhæret, seu quod dũ trahitur, aut digito vel alio tollitur, continuitatẽ longissimè seruat: non intercisum, nec abruptum, vt oleum, mel, adipes, pituita.

Lib. 11. *Meth.*

ῥυπτικὸν, id est, detergẽs, quod tantũ abest vt adhæreat, vt etiam quæ adhærent detergeat. Alibi autem in Methodo, ipsi glutinoso in humidis opponit Galenus fluxile & liquidum. Asperum non solum tactu inæquale, sed etiã gustatu partes inæqualiter siccans, cõtrahens, humore terreo integens:

qu

le acerbum, austerũ, lene, lubricum, &
ale, in humidis verò quod linguæ, fau-
n, asperæ arteriæ, détiñ inæqualitatem
igit, vel replendo, vel modice tergẽdo,
xando: quale dulce & vnctuosum.
olle quod cedit nostræ carni, Durũ cui
t nostra caro. De vtroque plura libr.2.
t. tuendæ, & lib.5. simp. cap.4.
d crassum reducitur terreũ, lapidosum,
osum, astringens, opacum, crudum.
d tenue, aëreum, igneum, coctum, vstũ,
rum, acre, perlucidum.
d densum, solidum, coactum, compa-
i, vnitum.
d ratum, laxum, fungosum, solutum.
d graue, plenum, distentũ: & si vis den-
succulentum, bene habitum, probè nu-
m.
d leue, inane, foraminulentum, fungo-
rugosum: & si vis ratum, exuccum, ema
m, marcidum.
d glutinosum, pingue, gummosum, resi
m, mucosum, tenax, sibi fluendo con-
m.
d fluxile, liquidum pinguis expers.
d læue seu lene & politũ, vel foris tan-
enode, spinis carens, depile, vel etiam
, æquale, sibi vbique simile, homœome
c similare.

Ad

Ad asperum foris,spinis armatum, & his lõgis,breuibus,rectis, hamatis:hirsutũ, lanuginosum, muscosũ, capillatũ. Vel etiã intus inæquale sibi, partibus quibusdã dissimile, anomœe mores ac dissimilare,grumosum.

Ad molle,tenerum,carnosum, succosum, fungosum,muccosum,pingue,lẽtum,& vitilium coriique modo flexile,humidum.

Ad durum,firmum,osseum,lapidosum,lignosum,exuccum,solidum,aridum,friabile, rigidum, inflexile, fractu contumax, vegetum,adamantinum,refertur.

Secundo loco cum quantitas sit duplex multitudo & magnitudo, ab vtraque notæ etiam sumuntur : quibus intenti, hoc eligimus,illud reiicimus. Numerus enim singularis,dualis,multiplex,vel aliter pluralis, radices,stipites,ramos,folia,flores,fructus,semina,cortices,& reliquas plantarum partes, atque adeò plantas totas,vel optatiores reddit, vel contemptiores ac minus salubres, quod in colocynthide planta & fructu, & aliis quibusdam rectè Mesues commemorauit,& in multorum aliorũ delectu clarè apparet,tum ex nostris simplicibus,tum ex hoc lib. 1. Pharmacopœiæ.

Magnitudo autem latius patet, non modò quia magis ad deligendum pertinet, sed quia eius nomine interdum sola longitudo

ven

nit: vt Aph. vlt. lib. 2. Poteſt etiam latitu
o ſola intelligi, vel etiam ſola profunditas:
onnunquam longitudo ſimul & latitudo,
vel longitudo & profunditas, vel latitudo
& profunditas, vel tria ſimul: quo ſignifica-
tu ferè accipimus. Huc pertinet, quod in ho
rũ ſingulis cõtrarietas eſt, ratioq́; maioris &
minoris in infinitũ extẽditur, & lõgũ, breue,
latum, anguſtum, profundum, elatum, ſym-
metrio ſui generis collatum, aliud magis &
minus alio dicitur, idq́ue paulò vel multò
magis vel minus. Et inter hæc contraria,
præter dicta, eſt mediocritas quædam in-
diuiſibilis, alia maioris & minoris ratione
diuidua.

Ad huius loci communis vaſtitatem per-
tinent nomina mẽſurarum nobis notarum,
digiti, & eius parui, maximi, medii, pollicis,
palmi, dodrantis, pedis, cubiti, & aliorũ plu-
rimorum. Hinc dicimus deligendum hoc il
lud vel fugiendum, quod magnum eſt, enor
me, procerum, vaſtum, corpulentũ, bene ha
bitum, exiguũ, gracile, ſtrigoſum, rugoſum.
marcidum, (nam hæc etiam quantitatem
conſignificant (& item quod eſt præditum
magnitudine digiti, pollicis humani, manus,
palmi, dodrantis, pedis, ſemipedis, dimidii
cubiti, cubiti vnius, duorũ, trium, quatuor,
quinque, ſeu digitali, pollicari, dodrantali,

pedali,semipedali,bipedali,tripedali,cubitali,bicubitali,tricubitali. In quo sermonis genere magnitudo lõgitudinẽ potius declarat,quanquã crasitiẽ & profunditatẽ significare posit:quarũ alterutra dum nobis apertius significanda eſt,exprimitur, vt humani digiti, parui, indicis, pollicis, cubiti, baculi, vnius,duorum,&c.vel digitali,pollicari,cubitali,&c.crasitie vel lõgitudine. Id quod in profunditate similiter facimus frequenter,vtranque dimenſionem crasitiei nomine comprehendimus,dicentes,hoc tunc eſſe vſui, quando eſt craſsitie digiti, pollicis, cubiti,baculi.Eſt quando altitudo quoque exprimitur,vt pro tenſorum vtrinque hominis brachiorum altitudine eſt Solanum manicon Dioſ. & phœnix herba ſedigitalis ſeu ſenum digitorum.

Eodẽ modo in contrariis,paruitate,breuitate,anguſtia & gracilitate,maioris & minoris ratio exercenda eſt.

Ex loco enim fertili plantæ & animalia, auctiora & pulchriora euadunt : eadem ob id vel deligenda vel interdum fugienda. Scillam nanque enormem(qualis terra feraci prouenit) Galenus damnat : improbat & ſtrigoſam flacidamque:bene habitam verò, & magnitudine mediocrem commendat.

Qui autem locus communis in qualitate

eſt,

notarum ad deligéda medicaméta necef
ũ eſt fœcũdiſsimus. Hinc probamus aut
robamus medicamentũ hoc, illud: cali-
a, frigidũ: humidũ, ſiccũ: principio, me-
, fine: ordinis primi, ſecũdi, tertii, quarti.
hæc, hac vel illa præditum facultate, ſe-
da, tertia, & ſapore, odore, colore, has
litates primas conſequentibus.
Sapore quidem vel nullo apparente, ſeu
eo & fatuo, vel guſtum aſtringente, ſeu
rbo auſteróve vel acido, vel dulci, vel
ctuoſo, vel nitroſo ſeu ſalſo, vel amaro,
acri (ad quẽ feruidus linguam erodens,
ſticus, id eſt, vrens reducitur: vt ad dulcẽ
lleus, ſuauis, iucũdus) vel ex horum qui-
ſdam miſto vt vinoſo, medicato, vel rei
cuius notæ vnicũ ſaporem, & ob id inſi-
em, ſed fere inexplicabilẽ nactæ, vt ſapo-
aloës, piperis: hoc illud eſt præſtãtius, vel
erius. Sed dum ſapore medicamenta ex-
oras, præſertim acria, aromatica, amara,
ſa, ne guſta eodem tẽpore multa, vt non
i imponat guſtatoria qualitas linguæ ab
tradita: quam tamẽ aqua pura gargariza
aut papyrus manſa delere putatur.
Odore verò, iucundo, ſuaui, bono, ingra-
, fœdo, tetro, acerbo, auſtero, acido (tot
im ſunt differẽtiæ odorũ, quot ſaporum,
d nominibus non deſignatæ) odore item

Gal. lib. de nat. homi.

croci,bituminis, cucumeris, vel alterius cogniti,& odore eximio præditi,sed indicibili,& qui in vllam prædictarũ differentiarũ rectè conferri possit. Sic odore vinoso, aromatico,medicato, illud hoc commendante, iucũdo. Hoc illud esse debet, nõ debet hoc grauiter odoratu,halitu,terram,hircum, picem,resinam pineam,bitumen,olente,viroso, aspero, est melius vel peius.

Colorum differẽtiæ & in his ordo gal. lib. 1. Criseon.

Colore denique nullo insigni, vel albo pallido,rufo,flauo,rubro, viridi, liuido, nigro,vel horũ medio)vnde hoc illud ὑπολευκὸν,ὑπῶχρον, ὑπέπιῤῥον, ὑπόξανθον & similia Græcis dicuntur,vt latinis subalbum, suppallidum,subrufum,subflauum vel albicans,pallescẽs,rubescẽs,flauescens, vel in album,pallidum,rufum,flauum,inclinans (vel ex horũ quibusdã misto, vnde χρυσῶχρον, ὠχρὸπιῤῥον,ὠχρόξαθον,πιῤῥὸξανθον & similia Græcis sæpè dicuntur:nobis ex albo pallidum,ex pallido rufum, vel in pallido flauum, ex rufo pallidum, vel pallidum in rufum,inclinans,vel cum rubore albescens,cinereus,ad ceruleum vergens,& similia. Sed id illustrius apparet in remotis coloribus quàm natura propinquis,hunc verò naturæ in coloribus propinquitatẽ ordo nobis Galenum lib.1.crit.sequutis seruatus ostendit. Albo enim pallidus vt situ hic est proxim9,

natura & aliis similiter.

Ad album verò reducitur color lacteus, eus, fulgore & nitore alabastri.

Ad pallidum, cinereus, plumbeus, buxeus.

Ad rufum, melinus .i. mali cydonii, fuluus, lus, igneus.

Ad flauum, aureus, luteus, croceus, diluti, uæ croci color.

Ad rubrum, roseus, sanguineus, puniceus, rpureus, vermiculus.

Ad viridem, herbaceus.

Ad liuidum cæruleus, glaucus, cæsius nō- llis dictus, ferrugineus, & interdum cine- us, plumbeus, buxeus, hæc enim ambigunt in suis in artem medicam Galeni commē riis apertè demōstrat Martin⁹ Akakia me cus longè doctissimus.

Ad nigrum tenebrosus, opacus, terreus, bi minosus, fuliginosus.

A figura quoq; nō leuis est ad medicamē delectū cōiectura, quòd hęc sint vtēda vel tāda, quæ figura sunt elegāti, speciosa, cir nata seu rotunda & circulari, trigonia seu iquetra & triangula, quadrata, quadrangu , multangula, mucronata seu acuta, obtu- , recta, obliqua, transuersa, solida, fistulo- , spōgiosa, multifida. Alia item figura, for- a, specie, aspectu, effigie, imagine, modo, ri , oculi, oculi bubuli, capitis taurini, cornu

caprini, caudæ scorpionis, pulicis, ricini animalis, vitulinæ naris, citrorum polypi piscis, testiculorum canis, vel alterius, capillorum, linguæ, linguæ bubulæ, auriũ muris, delphini, pennarum auis, geniculata raro, crebro fructicosa, iuncea, tuberosa, bulbosa, fibrosa, capacæa, pomi, pyri, cotonei, glandis, oliuæ.

Horum autem vel omnium vel plurimorum exempla posteà leges frequentissima in particularium delectu, & in notis à similitudine sumendis.

Probantur præterea aut reprobantur nũc similia, nunc dissimilia, vel inter se, & in aliqua plantarum specie, vt absinthium ponticum cum sit simile santonico: abrotonum mas, dissimile fœminæ.

Vt in aliquo genere superiore propinquo sumitur similitudo aut dissimilitudo qualitatum quarũdam prædictarum, atque adeò substantiæ & quantitatis, & actionis, vt in herbarum genere, absinthium seraphium est deligendum simile abrotano, sapore amaro, & foliorum habitu: vel in toto plantarum genere, vt chamædrys, camepitys herbę sunt similes quercui, pinui arboribus. Vel in genere diuerso, vt aloë optima sit similis hepati: ascyri folium cribri modo foraminulentum, ambitu serratum vrticæ foliũ, illud

in arcum flectitur, vel anchoræ modo est, vel crescentis lunæ ritu incuruum: veneno-sum, gibbosum, dorso, elato: galeri, petasi, pileoli, lanceæ, lanceæ cuspidis, cultelli, se-curis, acetabuli, vasculi, calathi, disci, clypeo i, fusi, pali, clauæ, pistilli, iunci, festucarum, fœni, vitiliū modo formatū, inflexile, virga rum, velut lineis intersectū alarū cauis bi-nis, pluribus, virgis arborescentibus specie capituli rotundi, verticillorum, pedū lecti, tellarum, tomentosa lanosaque pube obdu citur dictamnum, bullæ in dipsaco spinosæ, los comicis personis hiantibus similis, radi-e hoc esse debet crebro geniculata vel ge niculis duobus tribus crebris dissecta, turba um modo in se inuicem infartis radicibus, tipitibus cōdylorum modo tuberculis qui-usdam excrescentibus.

Horum nihil negligendū est ei, qui pro-è volet medicamenta simplicia deligere, uibus singulis aliqua ex dictis insunt accō-nodatissima ad ipsa cognoscenda & deli-genda non mediocriter pertinentia, quod xēplis, quam verbis pluribus probare ma-is erit operæprecium.

Quartò plantarum & aliorum simpli-ium medicamentorum delectus sumendus st à situ & loco, non modo generali & re-gione, vt castoriū sit ponticum, cuminum,

Aethiopicum, glycyrrhiza cretica, sed etiã à particulari, in singulis regionibus, loco nẽpe calido, frigido, humido, sicco, horum medio. Plantæ enim calidæ in locis calidis valentiores euadunt: præhumidæ locis sicci oribus castigantur. Quæ ratio in animalibus quoque recipienda est. Sub loco autem & cælum, & flatus ventorum comprehendas oportet. Ob id ad locum calidum reducimus apricum, æstiuum, inter tropicos aut proximè ipsos, insolatum, qui in meridiem sit apertus austro perfletur, montes habeat septentrionibus obiectos, vt Galenus docet in secessu Tabiarum.

Ad frigidum vmbrósus, nemorosus: arboribus, sepibus, & aliis stirpibus confertus, quercetis, frutetis, dumetis defensus, muscosus, saxosus, montosus, opacus: parietibus, arboribus vel aliis: & item polo alterutri proximus, in parte Alpium aut Pyrenei Septentrionem spectante situs, niuosus, glacialis, aquis niuosis & glacialibus riguus, borea & aquilonibus perflatus, soli aduersus obiectu montium.

Ad humidũ, quod in aquis viuit aut versatur, & ipsis dulcibus, salsis, fluentibus, torrentibus, pigris, rapidis, stagnantibus, paludosis, paludibus æstate siccatis, lacubus, radicans, sine radice innatans, aut prope aquas

cas

easdem & scatebras,fontes,canales, fluuiorum ostia,alueos in conualle aquosa, loco viliginoso,pratis,puteorũ parietibus & muris aliis humentibus,saxis rosidis,stillicidiis, fossis vrbium. Hinc fluuiales,maritimæ, pratenses,aquaticæ plantæ aliis sui generis alio loco educatis præstantiores sunt, vel deteriores pro varia ipsarum natura,& expetita nobis earundem facultate.

Ad siccum,editus, montosus, tumulosus, cliuosus, saxosus, petrosus, scrupulosus,tophaceus,pumicosus, salebrosus,sabulosus,arenosus,argillaceus,præruptus, scopulosus, promõtoriis altus,asper,tenuis sterilis,perflatilis,in semitis,viis,itineribus,in aggeribus viarum & murorum, in ruderibus, & ruinis,aut circa ruinarum rudera, domus in parietibus,muris,murorum crenis & minis, in tectis recentibus,vetustis. Quanquã horum quædam aliquando humectata esse possunt,vt petræ littorales,testæ piscium, quibus muscus marinus innascitur.

Ad medium horum seu temperatum reducitur locus regionũ temperatarum, vernus,& magna ex parte cãpestris, planus,pinguis,fœcundus, cultus: aruum,in segetibus, tritico,hordeo,leguminibus,vinetis,hortis.

Ad locum item & situm connexio reducitur & vicinia. Plãtæ enim maleficæ & ipsa

rum fructus sunt innocentiores, si multæ simul ex eodem loco venenosam, sed sibi familiarem substantiam trahant, & multi fructus malefici ex vna planta: ob id thymelæam, colocynthidem, scillã in loco aliquo solam rectè damnat Mesues, præfert quæ multas congeneres simul nutritas habet, & colocynthidis fructum si vnicus erit aut paucus improbat, numerosum præfert. Rationabile enim est, vt plantas benignas si paucæ sint, vberiorem succum benignum trahere, & ob id salubriores esse: sic maleficas venenosam loci malitiã exhaurire, & in se transferre: quem & largiorem & vehementiorem paucæ, quàm multæ in se trahant necesse est. Sublimis quoque situs, infernus, dexter, sinister, antiquus, posticus quidam est, sic misy, chalcitis, sory, situ diuersa, metallicam substantiam indicant & facultatem diuersam & tartarum in summo vase vinario melius, quam in lateribus, & cadmia botryitis melior aliis, & pompholix, spodio præstantior: sic densi fructus quia conferti & compressi malè nutriuntur, malè coquũtur, malè difflantur: contrarii, contrà: laxi enim & rari partus plantarum, & animalium, vberius alimentum trahunt, ob id meliores sunt, si nobis salubre est id alimentum: peiores si insalubre, vt in colocynthide Mesues

pr

ɔbè docuit. Et plantarum partes humi
ɔentes rectis aliis meliores, vel contra:&
orbem circunacta radix, vel altera alteri
īdens, vel sibi inuicem implexæ radices,
partes mutuo contactu inhærentes, dissi_
, superficiariæ, profundæ. Cum verò tem_
ramentum medicamenti, vt aliorum, sic
usa facultatis, & facultas actionis. & actio
eris ipsius, vt docet Gale. lib. de faculta.
tura. & lib. de vsu partium, quæ ex na_
rali cuiusque potentia, deligendi ratio
ni potest, ea nobis ab actione tanquam
nsu notiore sumitur. Ab actione igitur fa_
ltates, primas, secundas, tertias, quartas
nsequente, delectus medicamentorum su
itur: estq; hæc nota maximarum virium.
uoniam tamen de omni genere harum fa
ltatum nobis abundè est dictum initio
.2. nostræ methodi medicaméta compo
ndi, necesse non putaui huc ascribere. Ha
m autem differentiarum & notarum, vel
urimarum, vel omnium, vel saltem qua_
ndam, in singulis simplicibus medicamen
exempla plurima tibi Dioscorides suppe
tabit, non pauca Galenus, & qui post eum
materia medica scripserunt.

Adde quòd vt tota substantia nobis ali_
entum est familiare, sic plantis suum, quò
vt non omnis ferat omnia tellus, non
sol

ſolum quia calidior, frigidior humidior, ſiccior, aut per coniugationem, quam ipſius plantæ vel animalis naturæ conueniat: ſed quia in ea alimentum plantæ & animali cognatum deſideratur.

Nec tantum hæc in plantis totis, ſed ipſarum partibus ſingulis ſunt exploranda, (vt idem de animalibus, & ipſorum partibus, & terreis corporibus tibi perſuadeas) quales ſunt radices, trunci, caules, culmi, feſtucæ, rami, virgæ, ſurculi, germina, ſermenta, viticulæ, adnata, capreoli, ſpinæ, cirri, pediculi, folia, flores, fructus, ſemina, ſiliquæ, vaſcula, capitula, calices, vmbellæ, corymbi, comæ, ſpicæ, pappi, ligna, cortices, ſucci, liquores, lachrymæ gūmoſæ, & reſinoſe, & ſi quæ ſunt eiuſmodi.

Quintò & vltimò tempus in deligendo medicamento multiplex obſeruandum eſt, ætas ſcilicet, pars anni qua collecta ſunt & repoſita, aëris conſtitutio ſerena, pluuia, ventoſa: his viuentibus aut repoſitis: pars diei varia: duratio & ſeruatio lōga breuis. Quæ alia tempus indicent diximus lib. 2. noſtræ methodi.

Virtus enim alia, vt & temperatura, eſt neophytis & teneris: alia adultis & ſeneſcentibus, vis item alia euphorbio recens collecto, atque alia veterato. Plantæ item calidæ,

dæ,ſiccæ,ſi aër ſit calidus,ſuccus, ſunt melio
res. Ob id plantas Italicas aromaticas Cre-
ticis non cedere dicit Galenus, ſi aëre non
fuerint pluuio educatæ. In ſingulis tamen
partes deligendæ ſunt,omnium preſtantiſsi
mæ & maximè medicamentoſæ, ſi his viri-
bus egetur. Eſt enim quando ignobiliori-
bus & imbecillioribus eſt opus, ob affectus
ægri, aëris naturam. Præſtantiſsimæ verò,
tum ex prædictis conditionibus, tum ex his
quæ in ſingulis particulatim dicendæ ſunt
coniectantur, ratione eadem quæ in plan-
tis dicta eſt,in animalibus quoque & corpo
ribus terreis ſeruata. De tẽpore verò colle-
ctiõis Dioſcoridis verba hęc ſunt: Imprimis
curandum eſt, vt quæ in vſum reponenda
ſunt medicamenta,ſuis temporibus ſingula
demetantur. Ex hoc enim fit,vt quædam vi
ribus magis valeant,alia ſint inefficacia. Pri
mum itaque cælo ſereno plantæ legantur.
Magni enim refert inter colligẽdum,ſi, vel
ſqualores & ſiccitates,vel imbres infeſtent,
quemadmodũ ſi loca quibus hæc prodeunt
ſint montana,excelſa,perflata,frigida,ſicca.
In his enim locis vires habent longè valen
tiores: contrà verò quæ in campeſtribus, ri-
guis,opacis,cæteriſque locis à vento ſilen-
tibus, plærunquæ degenerant,& minus va-
lent viribus,præſertim ſi nõ ſuo tempore le
ga

gantur, vel vitiata, & præ imbecillitate languentia, ignorandum nanque non eſt, multa pro ſoli & cœli natura ac tẽperie, citius aut tardius adoleſcere: nõnulla vi propria, etiã hieme frondere & florere. Sciendum præterea eſt, quædam in herbaceis medicamentis, vt veratrum vtrunque, multis edurare annis: alia poſt trimatum inutilia. Quæ verò herbæ ſunt fruticoſæ vt ſtœcas, trixago, polium, abrotanum, ſeriphium, abſinthium, hyſſopum, & alia id genus; dum ſemine prægnantia ſunt, demetenda. Flores verò antequam ſponte ſua decidant. Fructus autem dum maturi ſunt, vt ſemina dum ſiccari cœperunt, priuſquam defluant, herbarum & foliorum ſuccos elicies, cum primum cauliculi germinant. Lac & lachrymæ excipiuntur caule inciſo per ſummum adoleſcentiæ vigorem. Radices & liquamenta corticeſque ad recondendum eximantur, cum primum herbæ ſuis foliis exuuntur. Si puræ ſunt & nitidæ, ſiccentur & reponantur loco non vliginoſo: quæ autem terreno aut luto ſunt ſordidæ, aqua prius abluantur. Flores, & omnia iucundum odorem reddentia, arculis tiliaceis ædium parte ſicciſsima reponantur. Eſt quando chartarum inuolucris & folliculis ſuis ſemina vtilius & innocentius ſeruantur. Liquidis medicamentis den-

ſior

ſior materia, argentea, vitrea, cornea conuenit: fictilis etiam modo rara non ſit: & lignea, præſertim è buxo: ænea verò vaſa ocularijs medicamentis, & liquidis, & his omnibus quæ aceto, pice liquida, aut cedria cõponuntur. Adipem autem & medullas ſtanneis vaſis, ſeu plumbo albo recondi conuenit. Hæc Dioſc.

Finẽ labori propoſitio imponemus, vbi locũ Meſuæ, quo quædam medicamẽta purgantia cælo & ſolo ſimili meliora euadere ſcribit, ſed ſine exẽplis explicauerimus: ſumta ab animalibus analogia. Nã vt animaliũ naturæ, hoc eſt tẽperaturæ, & ætates, & mori calidiores ad hiemem, regionem frigidã, victus rationem refrigerantẽ, tanquam contrario exceſſu frigido, illorum caliditatem, immodicam corrigentia præſidia bene ſe habent, ad æſtatẽ verò, regionem calidam, victum calefacientem, ceu intemperaturam augentes cauſas, malè: & contrà naturæ, ætates, morbi frigidiores, ad æſtatem calidam, regionem, victum calefaciẽtem, benè ſe habent, quod ab his contrarijs illorum attemperato receſſus corrigatur, malè verò ad hiemem, regionem frigidam, victum refrigerantem, tanquam affectus illos propter ſimilitudinem aucturas cauſas, & ſimili ratio humidiora hæc ad cauſas ſiccantes & ſic-

cio

ciora ad humectantes melius habent: sic pla nè in plantis apparet, quibus vt animalibus insitum est alimento familiari nutriri, quibusque vt animalibus consueta victus ratio naturam seruat, si est victus illarum naturæ similis, aut nouam facit, si dissimilis. Ob id plantæ intemperatiores, id est, calidiores, fri gidiores, humidiores, sicciores, solo & cælo & alimento ipsis contrario emendantur, & ad temperaturam mediam, quoad fieri potest, inclinant: nisi quas multum calidas, frigi das, humidas, siccas expetimus, tales enim so lum & cælum & alimentum simile conseruant: mirum ni etiam intendant. Quæ verò animalium temperatura est omnium extremorum media, iniuriisque omnibus omniũ maximè resistit, illa similibus temperatis ser uatur, quod Galenus dilucidè lib. prioribus sanitatis tuendæ demonstrauit. Sic plan tæ temperatæ cælo & solo temperato conseruatæ, meliores euadunt, nisi ad effecta alia, has calidiores, frigidiores, humidiores, sicciores requiris. Tunc enim solo & cælo dissimili, & à sua natura temperata diuerso, hoc est, calidiore, si calidiores vis: frigidiore, si frigidiores: humidiore, si humidiores: sicciore, si sicciores expetis, emendantur: & calidæ siccæ calido sicco solo & cælo. Ob id Creticas plãtas plurimas ad thiriacam, &
ali

alia medicamenta, & Italicas si solum & cæ
lum sicca fuerint, præponit Galenus: tamen
n his est quodam prodire tenus, sed non da
ur vltra. Nam eædē ex India aut Aethio-
pia fuerint deteriores, licet illi tractus plan-
tas quasdā habeāt eximias, vt Aethiopia cu
minum, Troglodítæ myrrham, India nar-
dum & malabathrum, & alia plurima, quæ
nde largo prouentu Lusitani nauigationi-
bus ad nos cōuehunt. Quæ igitur ad metho
dum simplicia deligēdi pertinent: vbi ex lo
is prius dictis memoria tenebis, eandem in
articularibus ipsis exercere oportet, ordi-
e illo, quem in simplicibus seruauimus. De
adicū itaque delectu primùm dicàmus, in
uibus vt aliis plantarum partibus, propter-
à quòd nostrates communem quandam
eligendi rationem sustinent, de his etiam
ōmuniter scribemus: de exoticis verò sin-
ulatim, tū quòd hæ sunt cariores, & ob id
exteris adulterari solitæ: tum quòd hæ,
ia infrequentes magis, etiam exercitatos
llunt.

Radices autē omnes incipiente foliorum efluuio legēdas, & cęlo sereno, cēsuit Dio- orides, cui in quibusdā Galenus & Auicen & Mesues cōsentiunt, in aliis diuersa sen ūt, vt post leges. Sunt cōtra quibus placet agis, radices esse legēdas priuśquā in cau- *Tempus colligendi.*

lem,folia,florem,fructum,semen, vis plãtæ propè tota erũpat. Defluentibus autẽ foliis, eas esse fœtis animalibus similes,hoc est, ve lut semianimes ac multũ imbecillas,nisi si quæ tantũ habebãt viriũ,vt etiam earum sa tis retineãt arefacto caule,vt scilla, qũo va lida animalia etiã fœta adhuc robusta per- manẽt:nisi dicas etiã in illis quæ viua & ve teri radice repullulãt, saliuã vitalẽ plãtæ ve lut sanguinẽ per caulẽ priusquã arescat in ra dices,licet nõ totũ,refluere,vt in arboribus fit,alio quouis tempore colligi possunt,quæ hominum cultu & satione crebra in omnẽ anni partem vegetæ incidunt, quales ferè sunt hortenses,alimentosæ, vt apii vulga- ris,buglossi vtriusque;betæ,lactucæ, intibi, oxalidis,rhaphani,napi,pastinacæ, sisari,ca- ri,panacis,cæpe,porri, allii:& præter has er- raticæ,dauci,gingidii,caucalidis,ari,dracũ- culi, cyclamini. periclymeni, cotyledonis: nam hæ quinque,vt bulbosæ quædam,aliæ etiam æstate siccatis foliis, plenæ sunt, & frequenter autumno regerminant, alimen- ti pinguis & crassi copia.

Quæ verò solius naturæ sponte crescũt, aut semel à nobis tempestiue seruntur, aut plantãtur,ferè sunt optimæ, solo aut vere, aut (vt dixi) autumno, paucissimæ æstate, aut hieme. Quin & hæ quas multis anni parti-

bus

bus communes diximus, ſunt præſtantiores
cum tempeſtiue ſatæ adoleuerunt,& vigẽt:
aliis verò temporibus ignauiores, quando
vt quadam & holitoris opera & irrigatione
coguntur adoleſcere, ſub cælo ſibi parum
propitio : quale æſtiuum eſt, ac autumnale,
& hiemale. Sic vere ipſo, quando primùm
germinare incipiunt, nobis leguntur in an-
num, enula, althæa, iris, acorus, ſymphytum,
ruſcus, aſparagus, petroſelinum, apium, fœ-
niculum, bryonia, cyperus, rubia, ſaxifraga,
valeriana, eryngium, tormentilla, pæonia
vtraque, polypodium, gramen, lilium : niſi
recentibus aliquãdo ſit opus, ſed quę omni-
no erunt imbecilliores, quam ſi quo tem-
pore recentes colligi debent, in vſum ve-
niſſent. Omnes tamen integræ ſunt, ſi fie-
ri poteſt, vellendæ & vnaquæque in ſolo
& cælo ſuæ naturæ familiari. quod expe-
rientia confirmat. Nam tunc bene habitæ
ſunt, nec enormes ob alimenti copiam : nec
rigoſæ, & marcidę & tenues, & rugoſæ ob
euſdem inopiam. Mox aqua lauandæ ſunt,
& radiculæ purgandæ, multæ etiam elignan-
dæ : quædam verò craſſæ & magnæ etiam
in taleolas ſecandæ, poſthæc ſiccandæ in ſo-
le, vẽto, interdum igni, vt in ſiccatione lib.
dicemus, niſi recentes ſint vtendæ. Igni au-
tem præcipue ſiccantur, quando cælum eſt

nubilum, aut hiems, aut quando mox ſiccatis opus eſt. Adde, quòd in his & aliis plantarum partibus non ſolum tempus colligendi legitimum eſt obſeruandum, quale multis radicibus eſt plenilunium natura humidiſsimum, ſed etiam repoſitio commoda & duratio. Non enim ſunt reponendę niſi exquiſitè ſiccatæ, ne putreſcant: nec loco humido, puluerulento, non perflato, reponendæ.

Radices ſupra tres annos non ſeruantur Auicennæ. Quæ enim craſſæ & denſæ ſubſtantiæ ſunt tandiu ſeruari poſſunt, vt radix bryoniæ, rha pontici, peucedani, mei, ariſtolochiæ. Quæ verò tenui & rara cõſtant ſubſtantia, vt aſari, apii, petroſelini, ſaxifragiæ, dictamni, tormentillæ quotannis ſunt mutandæ. Radices autem legendas cum folia cadunt, etiam cenſet Auic. canone.2.& Platearius in Ariſtolochia. Quædam tamen aliis temporibus ſaladino leguntur, vt veris fine, aut æſtatis initio, acorus, gẽtiana: aut menſe auguſto quãdo etiam ſpina alba, vulgo bedegar, ruſcus, bryonia, cyperus, iris, enula cãpana, dictãnus vulgaris, pæonia, glycyrrhiza, vt ſeptembri peucedanum. Octobri cyclaminus, recẽs & ſiccus efficax. Decembri eryngium iiſdem leguntur. Efficaces autem illæ quoque ſeruantur annum vnum, pæonia vtraque, peucedanum.

Duo

Duos, meum, iris, cyperus, maior & minor dictamnus.

Tres, acorus, chelidonium, enula, saxifraga, valeriana, pyrethrum.

Decem, costus, œnanthe, rha ponticum.

Daucus autem asarum & aliæ radices multę recentes sunt meliores: recondita autē propè omnia, quia sunt essentię tenuis, parū diu seruantur efficacia, præsertim pulverata.

Asari radix ampla, spissa, odore tenui, sapore acri, & parum astringente.

Eryngii radix eligēda ampla, alba, tenera, quæ condiatur. *Mesues in simpl.*

Radix satyrii plena & recens, non flaccida & emortua ad diasatyrion. *Idem initio Anti.*

EXOTICAE verò radices sic deligātur. *Ibidem.*

Acori radix similis ireos radici .i. complicata in obliquum, geniculis intercepta, candida gustu acri, & modice amaro, odore iucundo, calida, sicca ordine tertio, densa plena carie non exesa, qualis à Colchide & Galatia affertur: quæ à quibusdam galanga maior vocatur, quod sit vtraque crebro geniculata, & odore aromatico: sed hæc iridis magnitudine, illa cyperi. *Dios.*

Vulgaris acorus huic diuersissimus tota sua natura, nō vsurpādus, nisi medicus ad regerandum & siccandum imperauerit. Quòd si qua huius generis in locis sicciori-

bus educata & calidioribus naturam acori prædictam aliquid induerit, vtraque acorus esto, ille indicus, hic nostras imbecillior.

Dios. Gal. *Mesues.* Agaricus fœmininus rectis intus venarum discursibus constãs, sapore initio dulci, mox amaro, tandem etiam subacri & subastringente, leuior, rarior, mollior, albior, breuior, friabilior, splẽdidior quam mas, in fracturis suis, filosus neruorum modo. i. grauis, densus, durus, niger, lignosus, longus, interdum rotundus, sed vbique cõpactior & obscurior, superficie nõ densa, sed rara, tota fœmininus præterea, sed de vero & radice semiuliginosa & semiputri gignitur in Agaria Sarmatiæ regione, & inde appellatur: hodie ex alpibus metitur.

Hæc autẽ ἐπιφανεία, id est, superficies seu facies summa seu cum Mesue pars superior quanuis tota vndique superficies intelligi possit, tamen quæ pro situ in arbore varior est, agarici pars superior, vti à Mesue rectissimè dicitur, ea potior videtur, quia magis aërea, & ob id leuior rarior, &c. cum aëreũ ob insitam leuitatem sursum feratur, vt in eodem terrenum & aqueum deorsum: siue autẽ ea pars superior sola, siue etiã tota eius superficies optima est non est nobis purgantibus agaricum excidenda & abiciẽda quorundam more. Nec ita superficiem ad viuũ

intellige, vt sola velut cuticula sit vtilis, sed illæ partes quæ subsunt quo ipsi optimæ sunt propiores, eo meliores.

Aristolochiæ clematitis longa radix no bis est perfrequens, longa, rara, rotundæ verò in agro Nemausensi plurima, etiã hic crebrescit, Effodienda est mesibus, & des quamato terreno seruãda. Legendã vtranq; plenilunio, vt alias propè omnes quidã con tendunt: sic enim pleniores cum sint, siccan do minus flaccescũt, alio tempore lectis ma gna sui parte siccando vaporantibus, & mar cescentibus. Eligenda vtraque bene habi ta, & si est sicca, minus alte rugis striata, car ne multa, firma, odore & sapore vegeto, sed no, non pulueruIenta dum frangitur, nec si tu obruta, nec carie aut terredinibus exesa. Quæ bonitatis note reliquis propè planta rum partibus sunt communes. Pontica autẽ Cretica est præstantior. Behen accipian tur Armenia, calida, humida, odora, rubra potius quàm alba: quæ verò hodie in Ita lia & prouincia in odoræ reperiuntur radi ces, & pro behen supponuntur, vel aliæ sunt ab Armeniis, vel saltem his minus efficaces. Harum loco placerent magis radices eryn gii, Behen rubrum folio lapathi rotũdi pro pe Burdegalam locis aquosis plurimum, ac inde in alias Galliæ partes transportatur;

Serapio.
Manardus.

album in Prouincia crebrius.

Dioſ. Gal. Bryoniæ radix foris cineritia, intus albicans, ampla, conſummata, colligatur veris initio.

Calamus aromaticus, calidus ſiccus, ordine ſecundo, partium nonnihil tenuium, fuluus, intus albicans, odore fragrantiſsimo, denſe geniculatus arundinis modo, cætera mollis tactu, lentus in frangendo, cõfractus autem in aſſulas diſsilit, non totum raphani modo rumpitur, fiſtula intus plena araneorum, caſiæ guſtu, leuiter aſtringens, & cum quadam, ſed minima acrimonia amarus, in mandendo glutinoſus, ex India defertur, terredinibus facilè tentatur. Hor. Manardi. Qui verò in officinis eſt, nõ calamus, ſed radix eſt, neque ea calami, ſed plantæ alterius: neque ex India videtur afferri, quia vili venditur, & ſæpè recẽs multum cernitur. Ob id inter radices eum recenſui, iuſtius inter ligna locandum: ſi verus habeatur, triennio ſeruatur.

Dioſ. Gal. Centaurii magni radix, acris, aſtringens, ſubdulcis, ſubamara, rubeſcens, craſſa, grauis, ſolida, tripedalis (ſi integra eſt) ſucco prægnans dum recens eſt ex ſolo pingui & aprico Licyę Peloponeſi, & aliarum multarum regionum, annos decem ſeruatur. Ibidem. Radix autem centaurii parui, medicamentis eſt inefficax.

Coſ

Coſtus ſubamarus, modicè aſtringit, acer adeò & calidus vt vlceret, candidus, leuis, eximia odoris gratia recens, abunde plenus, denſus, ſiccus, à terredinibus non exeſus, Arabicus. Poſt hunc indicus, tertius in bonitate Syriacus, grauis, colore buxeus, odore fetiens. hodie Lugduni frequens eſt Arabicus, non tamen quem Arabici ſcriptores dulcem & amarum ſoli inuexerunt. Coſti nigri mentio fit Dioſ. in rhapontico.

Dracũculi radix legenda vere, aut æſtatis initio, ampla, cõpleta, ex loco libero, hęc etiã noſtras eſt, rarò externa huc cõuehitur. *Meſues*

Dictãni radix Dioſcoridi calefacit, aliis folia magis celebrãtur calida, odorata, rotũda, parua, denſa, lanugine vtrinque intecta. Cretica metitur æſtate & autũno. Quæ vero radix dictãni ab officinis ſupponitur alba, tenuis, elignata, propè inodora, minimũ amara, nullo exiguóve caloris ſenſu, pſeudodictamni fuerit potius, aut herbæ neſcio cuius, qua abiecta, potius pulegio vtẽdũ eſt.

Doronicum, radix parua, foris ſubflaua, intus alba, dulcis, calamo aromatico ſimilis colore & figura. *Serapio*

Helleborus albus radicibꝰ nititur multis, tenuibus, ab oblongo & exiguo capite exeuntibus, cæparum modò fibratis, optimæ ſunt cãdidæ, friabiles, carnoſæ, mediocriter *Dioſ.*

extentæ,nec iunci modo mucronatæ,nec in frangendo puluerem emittẽtes: suntq; medulla tenui, gustu feruẽte, nec tamẽ id vehemẽter, nec saliuã subinde ciens. Quæ enim confertim eam cõtrahunt, strangulant. Laudantur ex montibus & asperis, Cyrenaicæ, Galaticę verò & Cappadocicę & Italæ sunt periculosiores. Omnis albus est periculosus Mesuæ, non item Græcis autoribus. Eidem minus acer & mordax, nec statim initio albus quam niger, sed amarior est ac diutius seruari potest quam niger, cætera nigro similis.

Mesues. Cortex radicũ fibrosarũ, asari colore, fractu facilis, medius crassi tenuis, antiqui recẽtis, grauis & leuis, aut potius leuior quã grauior, legitur vere & estatæ Mes.

Diosco. Helleborus niger radicibus coheret nigris tenuibus à capitulo cæpe simili, cõfibratis, vt albus, quarum est vsus. Optimæ sunt corpulẽtæ, plenæ, in quibus sit tenuis medulla, acres gustu, & feruentes, in collibus asperis, & sitiẽtibus locis, vt Anticyra, Helycone, Parnaso, Aetolia. Addit Mesues fragiles, leues, asperitatisq; expertes, leuiores quàm grauiores, tenuium & crassarum, recentiũ & vetularum medias. Salubrior est albo, colligitur vere & æstate.

Mesues. Esule minoris radicis cortex eligendus

ten

tenuis leuis,fractu facilis,rubescens casſie fiſtulę modo poſt ſex acolletur menſes,ex loco libero collecta initio veris. In fine veris autem,lac eius colligendum eſt.

Galanga eſt radix ſubrubra,vel rufa,geniculata,intorta,grauis,ſapore acerrimo,linguam admodũ vellicãte, calida ſicca gradu tertio,odore & figura quadã cyperi. Vnde quibuſdã cyperus Babylonicus dicitur,indicta priſcis, alba, odoris, & ſaporis gratia carens,puluerabilis multum abiicienda.

Gentiana notis tantum cõmunibus nititur, ex Iura monte in Gallias totas diſtribuitur,colore foris buxeo, intus crocante, amariſsima(ob id aloë Gallica dicitur) dura,parũ rugoſa,frãgi cõtumax,in hortos Pariſienſes tranſlata,minus efficax adoleſcit. *Actuarius.* *Serapio.*

Glycyrrhiza quãuis in Galliis paſsim luxuriet,laudatur tamẽ Galeno magis Cretica,aut ſaltẽ Hiſpanica,vel ex locis aliis minus humidis: colore eſt foris buxeo,lignoſento & fractu cõtumaci, intus multũ croceo,ſitimq; manſa extinguẽte, ſapore ſubacerbo,dulci,quibuſdã melior eſt nigricãs & lenta,quàm buxea & fragilis. Improbatur intus alba vel nigra,exucca,vetus,fragilis rhaphani modo,& inter frãgẽdũ puluerẽ edens: quæ nota in omni partæ plantæ, ſi præter naturam adeſt vetuſtatem prodit. *Dioſ.*

Herm

Hermodactylus Mesuæ probatur radice rotunda, ampla, foris & intus multum alba, mediocriter dura, ex loco edito lecta, calida & sicca initio gradus secundi: laxa verò, rara, leuis, est imbecilla: rubra & nigra, mala. Quæ in officinis est, affirmatur mihi ab his qui legerunt frequenter in Gallia Narbonensi & Prouincia, esse folio nigro, porraceo, flore per autumnum croci sine croco tamen, foris nigra radice: quæ res declarat esse colchicum, innoxium tamen aut saltem innocentius experimur: forte quia siccatum est, nisi recens nobis vsurpatur.

Iris illiryca veteribus propè sola laudatur, parua, densa, frangi contumax, subruffa, intus albior, amara, sternutamenta dum tunditur ciens, odorata. Florentina tamen sola nobis hodie inculcatur, cum Gallica alba pùrgata laudetur Galeno lib. 8. c. ph. part. Ex locis apricis & siccioribus Illiridis lecta ad me missa Venetiis à Marti. Grego. medi. præstantissimo in horti mei partem editam, & soli meridiano apertã trãslata, iam pulchrè repullulat. Mesuæ verò laudatur radix ampla, dura, densa, velut in nodos breues collecta, ex albo rubescés, odore violæ nigræ aromatico sapore, acri & mordaci, flore purpureo potius quàm albo, veris initio collecta.

Na

Nardi ſpica cùm radice dodrantali, digi-
ti parui craſsitudine, aſtringẽte, ſubacri & le
uiter amara, odorata, calida primò exceſſu,
ſicca ſecundò. Mihi Lugduno delata eſt à
Ioanne Horneo Pariſiis. Pharmacopœo lõ
gè peritiſsimo, & fidiſsimo, latinè doctiſsi-
mo, Græcè & Hebraicè mediocriter inſtitu
to, cum coſto acoro, & aliis non paucis.

Pyrethrũ radice eſt longa, pollicari craſ- *Dioſ.*
ſitudine, guſtu feruidiſsimo & igneo, à quo
nomẽ habet, quæ manſa pituitã largã elicit.

Polypodium radice dulci, auſtera, digiti *Dioſ.*
parui magnitudine, multũ ſiccante, ſed ſine *Gal.*
morſu, probatur ſubdulce, ſubauſterum, gu- *Meſues.*
ſtatu ad poſtremum ſubamaro, & nonnihil
aromatico, ſolidum, cirris ſeu nodis plenũ,
ex rubro nigreſcens, colore intus herbaceo
piſtacii modo, recens, quercum & arborum
aliarum glandiferarũ truncis innatum: aliis
murale & ſaxoſum magis probatur, niſi lo-
ca ſint vliginoſa & vmbroſa.

Rha ponticũ radix nigra, coſto nigro ſi- *Dioſ.*
milis, cẽtaureo magno intus ſimilis, ſed minor,
ruffior, fungoſa & laxa, aliquãtũ leuis, ſine
odore, quæ manſa colorẽ reddit pallidũ, ad
crocũ inclinãtem, terredinibus non exeſa.
Dioſc. In quo præter hæc legit Serapio,
aſtringẽs, ſi pluſculũ mãdatur, ſubacris, &c.

Rha indicum & proximum ipſi rha bar- *Raued.*

bar

sceni Mesue dicitur Gal. anti.lib.1. barũ,laudatur ſubnigrũ in rubrũ inclinans, graue pro raritate ſua:confractũ, ex rufo & glauco alternat,& croci modò tingit,recẽs, nõ adulteratũ,aſtringẽs amarũ cholagagũ calıdũ ſiccum ordine ſecũdo,ſeruatur annis tribus,quatuor, in pſyllio milio vel oblitũ cera ſola,vel ea cum terrebinthina.

Scilla ſit bonæ magnitudinis (nõ tamen admodũ magna & enormis) benè habita & nutrita,alba,recẽs ex terra ſumpta, cũ folia eius & caulis exacte aruerint,ſeu quãdo triticũ metũt,quia tũc potiſsimũ viget. Huic pancratiũ ſimile guſtu & viribus,ſed imbecillius. *Gal. lib.8 ſimpl.* Meſuæ præfertur,quæ ſapore eſt dulci, acri, amaro, ſquammis delibrata, ſplendens ex loco libero propè aliàs educata.

Turbith Arabibus laudatur, cortex albus,gũmoſus lactis craſsitie,vacuus, arũdinaceus,fractu facilis, recens, foris autẽ cineritius & planus,ex locis ſiccioribus. *Meſues.*

Zingiberis radix ſit cãdida, odorata, piperis ſapore & viribus,niſi quòd tardius calefacit:ſed diutius,vti longum piper. Dãnatur teredinibus exeſum, pulueruIentum, tectorio quouis circũlitum ad pondus & magis ad exeſionem tegendam. Terram meritam & columbinum,quod vocãt,malè zingiberis loco ſupponũt, quoties puluere eius eſt opus: licet pondere, colore, & reliqua

mat

atura radices ſint diuerſæ.

Zedoaria radix ariſtolochiæ rotundæ
mula, ſapore, & colore zingiberis, calida
icca gradu ſecundo, eadem Serapioni dici-
ur zurumbeth: ſed zuiumbet ſine, h, radix
ſt diuerſa.

HERBARVM DELECTVS.

HERBAE propè omnes ſunt noſtra-
tes, quamquam harum quædã ex aliis
egionibus ſunt meliores, vt abſinthiũ pon
icum, chamædrys, chamepitys, ſcordium,
Cretica chamædrys, cãpæſtris potius quàm
ıburbana, calaminthe mõtana melior quã
omeſticæ: tamen ſi noſtrum hoc ſolum &
elum habeant perſimile externo, vires
loque non ita diſsimiles ſortiantur, qua ra
one plantas Italas Creticis non multũ ce-
ere ſcribit Gal. ſi pluuium non fuerit cæ-
m, & herbæ acres digerentéſque, quæ hu-
ores prauos afflictis partibus infixos vehe
enter digererent, ex ſiccis & maritimis lo
deligantur, in empla. διὰ βοτανῶν initio li-
o. 6. compoſ. pharma. ſecund. genera.

Porrò ex herbis plurime foliũ virides in
um recipiuntur, dum hæ vel harũ ſucci in
rupos coquuntur, & in apozemata, clyſte-
, fotus, cataplaſmata, & alia id genus,
quos vſus poſtremos quouis tempore le-
ntur: in ſyrupos autem, vel formam
ali

aliam toto anno seruandā sunt legēdę, quādo sunt efficacissimæ, cum scilicet florēt, aut etiā semine iam plenæ sunt vt fumaria, calaminthe, & aliæ ex sequētibus, in syrupos, vel alia cōposita diu seruanda recipi solitæ. Nā fumariam florentem veris initio, semine autem plenam veris fine legit Mesues.

Quòd si herbæ nec caulem, nec florem, nec semen edunt, vt adiantum omne, asplenium, legēdæ in foliorū vigore: quādo scilicet maxima & virentissima sunt, quædā verò dum florent, aut semētescunt, quia lignosæ sunt, & exuccæ: ante id tēpus in vsum trahuntur, vt beta, brassica, cichorium chōdrila, eupathoriū, lappatha, plātagines, verbascum, verbenaca. In quo viriū vigore etiam sunt colligēdæ quæ siccātur, & in vsus medicorū varios anno etiam toto seruātur, vt absinthium omne, adianthum omne nobis (quibus enim abūdat virens, & vigēs vsurpatur) anethi coma, betonica, carduus benedictus, cichoriū, cētaurium paruū, calaminthe, mentha, chamædris, camæpitys, eupatorium, eufragia, fumaria, hyssopi coma, marrubium, maiorana, origanū, poliū, pulegiū, ruta, rosmaris, saluia (licet hæ duæ etiā sine floribus sint efficaces) scordium, splenium, thymum, thymbra, verbascum: aut saltem cum vigent folia magnitudine, odore, colo-

Aneti & hyssopi comā floruleuta est.

rè,

è,præsertim quæ cacumini sunt propriora. ...bsinthium autē vere legit Mesues,ad suc...um & aquam inde stillandam,flores eiusdē ...statis initio, hic autē æstatis fine, vel etiā ...utūno. Eupatorium quoque legitur, & ex ...o succus exprimitur in fine veris Mesuæ. ...iccātur autē in vmbra magis,nisi quæ sunt ...aule crassiore,aut folio humidiore, & ob ...l apto putrescere. Vbi probæ sunt siccatæ, ...eponuntur,vt radices,sed minus diu serua...i possunt,ob id quotannis mutandæ.

Adiantum omne eligit Mesues bene ha...itum,virentibus foliis:quod autem graci...e est immodice,& folio flauescente exami...atum est.

FLORVM DELECTVS.

FLORES vt plantarum partes reliquæ legantur cùm maximè vigent, cęlo se...eno:non autem vt Bulcasis & indocti alii ...ribunt hoc vel illo mēse:nam quibusdam ...egionibus & cæli cōstitutionibus celerius ...ut tardius plantarum partes perficiūtur, vt ...apparis in gemma,rosa expandi cœpta lega...ir,reliqui ferè aperti:sed haud ita pridem, ...t ex quibus vis nondum exhalauit,nec fo...a tenuentur,& sint decidua.Siccantur sole ...el aëre calido, magis, minus, pro varia ...sorum natura.Quidam siccandos volunt, ...onec ex ponderibus decem vnicū supersit,

d.

minus autem ex montanis floribus quam ex campeſtribus minuitur. Reponũtur vt alia, quotannis mutantur quamuis ſphœnāthum etiam decennium ſeruari poſsit: chamæmelum item diu vegetum eſt, ob fortem partium ſuarum miſtionem. Quam virium cõſtantiam etiam tum validus odor demonſtrat. Flores abſinthii, chamedryos, chamæpityos, hyſſopi, anethi, euſragiæ, ſumariæ, maioranæ, origani, roriſmarini, ſaluiæ, thymi, verbaſci in herbis ipſis commemorati ſunt, reliqui nunc dicentur.

Balauſtium flos ſilueſtris punicæ, cytino flore ſatiuæ punicæ eſt aſtringentior, præſertim quod ex acerbis punicis eſt. Vterque hic flos punicæ, eſt ab arbore auellẽdus quo loco tunc granatum nullum gignetur. Nam qui cecidit, ſæpè id illi ob alimẽti inopiam, augeſcente & protrudente ſructu contigit, aut ob vermiculum, aut aliam cauſam: ob id infirmior eſt, qualis agnoſcitur facilè: quia vna parte nigricat, foliorúmque capillamentorum ipſis non hæret, vt in eo quem auulſeris, qui prætereà in vmbilico ipſo, vt foris rubet. Hiſpana, roſæ modo lata, & breuia præſtantiora ſunt Narbonenſibus longis anguſtis.

Caryophyllum laudatur, fragi cõtumax, odoratũ, ex plano tumidulum, recens, quod

vng

guibus compreſſum humorem quendam
nittit, acre, & aromaticum, calidũ ſiccum
du ſecundo, aut etiam tertio. Annos
nque ſeruari poteſt, loco tẽperato: nam
umidiore putreſcit, ſicciore areſcit, &
oſius euadit ac imbecillius, vt quod in
eſt enormius, quod barbari antophillum
ant, interpretãturq́; antefolium natum,
ox ſit illis compoſita ex latina præpoſi-
ne, & Græco φύλλον folium.

Crocus Dioſcoridi optimus ad medica- *Lib. 1. an-*
nta, Corycius, recens, oblongus, integer *tid.*
nus, non fragilis, flauiſsimus, & qui cum
nore tritus, ſuo colore manus ſaturet,
ſitũ nec cariem redolens, ſubacer. Gale
utem Corycius, à Coryco antro in quo
itur, licet aliis ſit procerior, non tamen
robore odoris aut diuturnitate eſt præ
tior. Eligẽdus verò eſt non procerior,
odoratiſsimus & flauiſsimus, & lõgo tẽ
in vigore ſuo perſiſtens. Præſtantiſsi-
n igitur aliquem crocum apto quodam
um loco repoſitũ obſerua ſæpè, vt per-
as. Nam id colorem odoremq́; priſti-
diu ſeruabit: adulterati verò odor &
r citò vaneſcit. Hæc Galenus.

Centaurii parui flores ex pallido flauos
o æſtatis legit Meſues. Noſtrates au-
ſunt purpuraſcentes.

Epithymum Arabum seu thymi cassutha amplexicaulis,cum ramulis thymi lecta minus citò marcesſit, & à thymo esse non herbis aliis congeneribus cernitur. Sic flores cæteros & fructus cum ramis legendos Galenus docuit. Ex thymo autem montano est præstantius,quàm ex hortensi Cretense rufum præfertur à Mesue.

Epithymũ Græcorũ quid reuera sit,nõdũ planè cõpertũ habemus,nisi sit flos satureię, Picardæ vulgò dictæ,perpetuò virentis.,

Hyssopus colligenda Mesuæ quãdo incipit florere.

Nymphææ flos tam albus ex stagnis,quã luteus ex fluuiis, vere legitur, cùm apertus est:siccatúrque luteus ob paruitatem, integer,albus,conspurcatis aliquot externis foliis purgatus, & cauliculo capillamentisque crocatis. Luteus verò ferè hic in aquam etiã cum albo distillatur,raró siccatus seruatur. Narbonenses alba sola vtuntur.

Rosæ sunt præstantisſimæ quæ longè omnium suauisſimæ sunt, & aliis rubicundiores,quales ex montanis, non autem conuallibus legũtur. siccãdæ loco sublimi meridiano,quo solis radii penetrent, rosas tamen non tangant.Nam albæ,incarnatæ moscatæ,quãuis recentes odoratisſimæ sint,tamen siccatæ sunt inodoræ : rubræ cõtrà re-

cent

ites parum odoris reddunt, ficcatæ iucun
simum & diuturnifsimum iaculātur. Ex
o montofo petrofo Pruini vrbis, vnius
i itinere à Parifiis difsitæ in vniuer-
ı propè Galliam omnium præftātifsimæ
ıuehuntur, in territorio tamen Parifino
ı infuaues præfertim vico cui fons Naia-
n nomen etiam vulgò eft, larga manu lu
iant fabulofis vinetis, quæ Vrbi toti fa-
effet pofsint, vt Peftanas & alias prifcis
ebratas rofas non defideremus. Rubras
nodum foliis paucis & planis præditas
fert Mefues. Rofæ tardius collectæ pa-
ı diu feruantur, & citò nigrefcunt, tem-
iue lectæ biennio feruantur: cum igitur
diocriter funt apertæ, mox integræ info
ur, fæpè mouendæ, deinde folia auulfa
æ terreo claudantur, ne odor aut color
eat. Si quo die funt lectæ fol non luceat,
e difponantur, ne fe corrumpant denfa-
Similiter alii flores ficcentur.
Schœnanthū feu fchœnu anthos ex Ara-
rarifsimè huc ad nos transfertur, fed eius
ci tātùm calami, fi deferātur flores, folo
ratus vigore deligātur. Nā odoris illius
tia citò vanefcit. Gal. lib. I. antidotorū.
Stœchas etiā exotica eft, ex Creta enim Gal. lib. I
itior & melius nutrita, ob id melior. Pe Antid.
r, multa tamē nobis domeftica ex infu-

lis:ſtœcadibus Maſsilię aſsidentibus,quibus & nomen ipſa eſt ſortita. Prouenit etiam multa in Arabia,vnde Arabica cognomina tur, & à Meſue præfertur, flore præſertim, pòſt foliis:ſit amara,modicè aſtringens:ſpi ca ex purpureo cærulea,odorata.

Stœchas verò citria ſeu flaua Dioſcoridis heliochryſum,& Galeni amaranthus coma floris aurea,denſa in Gallia Narbonẽſi & Aquitania,agro Burdegalenſi plurima & pręſtantiſsima gignitur,odore abrotani maris,& etiam ſapore,ſed minus amaro.

Meſues. Viola nigra vulgo martia & quadrageſi malis,à Meſue laudatur quæ prima floruit, neq; vim ſuã calore ſolis reſolutam perdidit,nec pluuia obtudit vel diluit & diſsipauit. Quæ iam diu aperta eſt,aut pluuiam ſenſit,aut in ſilueſtribus naſcitur,odoris gratia caret,ac viribus.

Flores vix annum ſeruari poſſunt efficaces,præter chamæmelum, ſtœchadem, crocum,& alios paucos,qui annis poſt duobus aut tribus,coloris & odoris gratiã retinent.

DE SEMINIBVS.

SEMEN à fructu quantum differat,abunde in noſtræ methodi lib.1.docuimus. Semina verò deligantur matura omnia,bene habita,plena,& corpulẽta,& quæ naturæ ſuæ vires proprias habeãt efficaciſsimas, &

odo

ré,saporé,coloré,sui generis perfectisi
si odoris,saporis est particeps. Multa e_
sunt inodora & insipida,nõ modo semi
ed aliarũ quoq; partiũ genera:Sint præ
à,si fieri potest,delata ex regionibus,in
ous celebratissima crescũt maiorũ no_
rũ testimonio. Sintque recentia, aut his
ima. Quæ enim diutusime fuerunt re_
ta semina,& alia,vires habent imbecil_
es. Vbi auté puluis ab ipsis diuidẽdo ex_
t,terminũ excesserũt. lib.1.aliméťorũ.
amomum candidum vel fuluum, simpli
men colore nõ vario,laxius,in vua par_
eminis tamen plena,diffusum,nõ astri_
s cohęrẽs,sit pręterea odoratũ,nares vul
is, acre, mordax recens, non cariosum.
omũ Scythicũ laudatur lib.8.com.phi.
ami Illyricum vel Aegyptium.
Anisum Creticum.
Cuminũ Aethiopicũ,deinde Aegyptiũ.
Ligusticum ex Ligusticis alpibus vnde
nomen.
Seseli Massiliense,alterum Aetiopicum,
iũ Creticum Dioscoridi laudatur.
Sinapi Alexandrinum.
Thlaspi Cappadocicum vel Creticũ,sed
ius & minus rotundum est præstantius
leno. Vtrunq; nobis est,à Bursa pastoris
ba frigida astringente,diuersum.

Dios. Cardamomum eligi debet frangēti contumax, occlusum, plenum, fartumque, gustu acre amarumque, odore caput tentans, excal faciens: quod tale non est, exoletum iudicatur. Hæc Diosc. Nigrum passim cognominatur Galeno, Nasturcio minus calidũ, sed suauis & fragrantius eidem dicitur. An verò semen quod hodie noster Ioannes Horneus Lugduno aduexit, minus & planius grano paradisi, colore & sapore propè eodem, in siliqua breui triquetraque largissimum, sit verum cardamomum, affirmare non ausim ob historiæ ipsius obscuram breuitatem: tamen tum ipsum, tum granum paràdisi, & quod cardamomum minus vocant proferunt officinæ, semina sunt non indigna recipi in antidota, ob virium in ipsis aromaticarum excellentiam.

Cnici semen sit amplum, plenum, medulla pingui, album, angulosum, læue Mes.

Psyllium elegit Mesues absolutum, amplum, tam graue vt aqua mergatur.

FRVCTVVM DELECTVS.

Ex FRVCTIBVS quanquam non pauci nostrates in medicamenta recipiuntur: quia tamen externi quidam præstantiores habentur, ipsorum quoque bonitatis notas paucis attingere fuerit operæpretium.

Am

Amygdalæ tã dulces quam amaræ, pro-
ıtur flauifsimæ,plenæ,integræ,non con-
ctæ,nec erofæ,tamen leues,duræ & ficcæ
ıntum illis datum eft,ob id fragiles,intus
ifsimæ. Ex his dulces, fapore delicatæ,
pè indicibıli in caftaneã toftam & panis
ıfsimi bene cocti qualitatem inclinãtes:
ɔre,ante efum nullo,aut perquã exiguo,
er edendum autem iucundo.

Improbantur albefcentes, nigrefcentes,
ɔfæ,molles,tortiles,fractu contumaces,
ıuæ fractæ à candore illo ad pallorem re
erunt,aut nigrorem, oleofæ natura aut
ıftate,odore rãcido,fapore ingrato aut
agino : quem omnibus vetuftas affert..
quibus tritis etiam fi plus olei exprima-
, tamen olei amygdalini probatífsimi
es non affequitur,quod ex prioribus ex-
atur,excorticatis cultello potius, quam
a calida.vt in oleis dicemus.

ınacardus, feu cum Paulò & Actuario
ardion,fit plenior & habilior,fufcus,re
in cortice multa,acri, nigra,nucleo in-
lbo:quo in melle cocto fit mel anacar-
í.Hoc etiam tufo poteft oleũ exprimi,
longè diuerfum ab eo quod coctis in
corticibus fupernatat,& conchis colli-
r ad confectionem anacardinam.

Ayrobalani citrinæ fint,flauæ, multũ in

Mesues. viride inclinantes, densæ, graues, in fracturis gommosæ, amplæ, cortice crasso, denso, os paruum complectente.

Ibidem. Cępulę amplę sint, & quo maiores eo meliores, subnigræ, in rubrũ inclinãtes, graues, ob id in aquã prõptę mergi, cortice crasso.

Ibidem. Indæ, sint nigræ, magnę, graues, substãtia dẽsa, sine ossibus. A quibus cõditiõibus quã to longius abscedunt, tanto sunt deteriores.

Ibidem. Emblicæ, magnæ, graues, carne multa, densa, ossibus exiguis, rara verò carne quæ sunt, spiritu & vigore carent.

Ibidem. Bellericæ, magnæ, graues, carne multa & densa.

Notæ igitur in his cõmunes aliorũ fructuũ & pręcipuæ sunt, vt sint bene habitæ, & corpulẽtę, carne multa & firma ac dẽsa, & ob id osse exiguo, qb⁹ os datũ est. Nã Indę sunt exosses. Quæ verò notæ aliæ à calore ducũtur, & ossis figura, minoris sũt momẽti.

Balanus myrepsica sit ampla, vetus, cortice læui, tenui, pleno, medulla læui, pingui. Parua verò ex albo nigricans, vetus, plena medulla alba, læui, pingui, est innocentior.

Conii seu strobyli vulgo pineoli, pleni, recentes, albi, sicci, quatenus illis datum est. Vitentur flaui aut etiam pallidi, oleosi, rancidi. Id quod his citò, vt ferè sexto mẽse accidit, nisi prius saccharo intecti hoc vitium

est

giant: præsertim si prius ex furfure fri-
ur, & sic probè siccentur: deinde cribro
entur. quod remedium est, aliis quoq;
nibus condiendis, ne aut citra conditu-
aut etiam condita rancescant.
Cupressi pillulæ, vulgo nuces, sint perfe-
recentes, ob id molles, seminis plenæ,
n in ipsis hiatibus.
Cydonia seu cotonia sint bene habita,
escentia, odorata, matura cum minus
ngendum & refrigerãdum est: cũ verò
is, ante maturitatem colligantur.
adem ratio est struthiorũ, quæ nos cy-
ia fœminina vocamus, aliis maiora, mi-
cerba, carnosiora.
Citrium & aranciũ malũ, & quẽ vulgus
nẽ vocat, sint magnitudine quodq; in
genere medriocri, odore valido & iu-
o, cuiq; suo cortice tenui, raro: colore
mone pallido, in citro flauo, in arantio
scente: quamuis & arãtia virida etiam
maturitatem inueniantur: carne intus
ta, firma, & succo odorato, acido, inter-
dulci, est quando ex vtrisque misto.
Colocyntidis medulla cortice ablato sit
mediocris in speciem conglomerata, *Gal.*
ementer amara, matura, ampla, rara, ob
euis: & quãto leuior, tanto melior: alba
odum lenis, eadem fœmina, autumno
le

legenda cum flauescit abeunte iam virore.

Mesues. Cucumeris agrestis fructus præfertur absolutus & maturus, & virore deposito flauus, amarus. Ex quo succus albus, subpinguis, Elaterium dictum, quomodo sine valenti

Dios. compressione extrahatur, docet Dios.

Mesues. Carpobalsamum fit flauum, plenũ, grande, graue, mordax gustu, & feruens in ore, modice opobalsamum redolens.

Act. Casia fistula, seu nigra, seu cathartica, id est purgatrix, eligatur foris & intus nigra, ampla, collucens, grauis, plenior, & quæ concussa clausis intus granis non strepat: pulpa intus pingui, splendente, succulenta, non fistulenta, nec putri: sapore prunorum delicato: calida humida primo gradu. Vtendi tantum tempore extrahẽda: nam extra cannas, vt semen, sanguis, lac, extra propria conceptacula, prompte corrumpitur, & in vasis seruata peior euadit.

Cubebæ sint corpulentæ, plenæ, graues, acres, minus tamen quàm piper, subamaræ, admodum aromaticæ, subdulces, annis decem seruantur.

Coccum gnidium ex thimelæa eligendum, cui folia magna tenuia sint, quæ in locis liberis crescit propè alias multas thymelæas, foliorum vsum celebrat Mesues non granorum.

Da

actyli nobis, vt Græcis vulgaribus ho-
icuntur, fructus palmæ, à digiti figura.
antur magni, flaui, parum rugosi, mol-
eni tamen, & carne intus multa, subdu
nucleum candicante, ad corticem ru-
nte, non pertusi, non vermiculosi, &
oncussu nihil aut minimum sonent, sa-
vinoso. Deteriores sunt graciles, flac-
luri, quia excarnes, excusso pediculo
si: iidem ferè vermiculis scatentes.
cus passæ seu caricæ habentur præstan
næ, quæ in calatho spartaceo digitis,
ugnis vtrinque pressæ, sic illis mollitie
edũt, vt mutuos partium dictarum mo-
bi propè obcurrẽtes sentias, odore sunt
ndo, non calorem putredinosum, aut
iculosum referente.
æ verò si particulatim explorentur, pe
lo sunt breuissimo, colore in candidum
ente, molles, tractanti facilè cedentes,
tenui, molli, succo intus & semine fla-
plane melleo sapore, odore ante esum
ter edendum iucundo, graues, paruæ
assiliotides (quæ etiam saporis gratia
ras longè antecellũt, siue albicãtes tan
sint, siue intus & foris albe, sed flauo se
e) maximæ: si externæ sint, quales Hispa
nittit musto mersas, vt dulciores sint,
ne cohæreant farina aspersas.

Vit

Vitiosæ sunt duræ, tum in massa, tum per se singulæ, vermiculosæ, graueolentes, foris nigræ, intus rubentes, vel alio præter naturam colore præditæ, cortice crasso, duro, sicco, intus alieno colore, odore, sapore. Quædam tamen sunt nigræ Prouincialibus & Narbonensibus dictæ, foliis nigrantes, intus tuberrimæ, omnium delicatissimæ dum recentes sunt: nam siccatæ liquescunt, aliæ eiisdem cineritiæ, aquosiores quàm vt siccari possint: hominibus ingratæ, auibus expetitæ.

Galla omphacitis, id est immatura, laudatur parua, seu magnitudine mediocri, nodosa, grauis, solida, nó perforata: minus vtilis magna, rotundissima, polita, leuis, laxa, perforata, flaua, aut saltem rufa. Gallia Narbonésis & Lugdunensis præfert rosmarinas vulgo dictas, omniũ minimas, graues solidas, asperas, pretiosissimas.

Iniubæ zizipha vel zinzipha Græcis dictæ laudantur recentes, amplæ, oblongæ, passæ, tamen tensæ, carne intus multa, succulenta, laxa, dulci, vinosa: plenæ, graues: sapore dulci & delicato: nucleo paruo, foris rufo ac verius rubentes, intus pallidæ aut albescentes. (Nam foris albæ nobis nondum visæ) osse prunorum rotundiore, paruo intus nucleo, dulci. Improbantur vetustate nigri-

ca

es,leues, ficcæ, puluerulentæ, friabiles,
rmes.

Iyxæ,myxa, & myxaria, vulgo febe-
à mucofo lentore,quo abundant dictæ
lictis affines,fed dimidio minores,acu-
ıtæ,parum rugofæ, graues,nigræ,carne
a ex rubro nigricante, firmiore, gluti-
,dulci & fubacida, offe prunorum Da-
cenorum inæquali, nucleo intus exi-
dulci.

Ialum punicum cortice feu corio inte-
rufo, duro, & denfo, graue,maturum,
ais intus rubris vel rofeis,fucco prægnan
s vinofo pleniſsimum.

Iyrti baccæ recentes,plenæ,fucculentæ,
rate,grandes & bene nutritæ.

luces auellanæ præferuntur ligno foli-
on pertufo,rubente,rotundo:corpulen
raues nucleo intus fi concutientur fo-
e:fi fracta nuce guftetur,gratiſsimo, &
re caftaneam referente: foris flauo, in-
lbicante,pleno duro.

lis proxime funt, francæ vulgo dictæ,
eft legitimæ, oblongæ, ligno fimili,
intus nucleum veftiente rubentiſsima,
e dura & firma rubente. Infimæ funt
eftres,ligno & nucleo candicante. Im-
pantur, leues, perforatæ, quia vermi-
fe, vetuftate oleagine, rugofo nucleo
&

In Gallia Narbonẽ ſi quatuor locis inciſe muria dies aliquot ut itẽ poſt omphacio ſer uantur.

& exucco.

Nux moſchata ſit grauis,oleoſa,odorata.

Nux indica aquam intus dulcem habet,ſi recens eſt.Quæ quidem vtenda,nó cortex,

Oliuæ halmades, ſeu colymbades, quæ in ſua muria conditæ innatant,præſtantiores ſunt,magnæ,ouales figura,pallidæ aut rufæ,plenæ,ſolidæ,carne multa,denſa, ſubamara & ſubdulci:oſſe intus paruo longo, nucleum delicatiſsimum complexo. Quæ verò enormes aduehuntur, acuminatæ,carne multo largiore,ſapore ſunt minus delicato,vt armeniaca.Inſita non inſitis corpulentiora multò ſunt, ſed ſaporis iucunditate multò inferiora.

Gal. Opiantes & rha,& ribes vua legenda matura,plenior,acinis paucis,bene nutritis potius quàm denſis,& paruis & ſtrigoſis.

Piper longum ſit, corpulentum,integrũ, recens,linguam tarde,ſed diu commordẽs. improbatur perforatum,vel adulteratum.

Meſues. Piper album ex hoc productũ acrius longo,& nigro maximum, pleniſsimum, graue non rugoſum.

Piper nigrum,alio maius,cortice tenuiore,& minus rugoſo,graue admodum.

Piſtacia ſint recentia,nucleo intus herbaceo,ſapore iucundo.

Thamar indi præferuntur ſubnigri, ſeu

fu

ci,lucidi,molles, recētes,pingues ceu vil-
quibuſdam,& radiculis intertexti,dulca-
i, ſeu ex dulcibus acidi, & vinoſo ſapo-
Improbantur ſicci, carne prunorum ad-
erati : in quibus nigredo eſt obſcura, &
norum odor & ſapor.

Pruna paſſa, vel acida ſunt, vel dulcia,
aque ſint ampla & plana:carne intus mul
ſucculenta, firma : oſſe exiguo, foris vel
lle aërio incruſtata, vel nigra, ſed citra
lutionem:non rancida, nec ſitulenta, nec
luerulenta.

Damaſcena & armenia magis ad aluum
ducendā,& dulcia alia humidaq; ſunt eli
ida Mēſuæ quàm acida,vel horū media.

Senna folliculo(cuius pręcipuus eſt vſus) *Meſues.*
ſubnigro, in viride inclinante, modice
aro & aſtringente,à natura completo,re
ti, ſemine intus amplo compreſſoque.
terior eſt ſubalbus, nondum iuſtæ ma-
itudinis, aut maturitatis. Folia ſecundū
ent locum ſi viridia ſint, & plena, non
albà, aut tenuia : ſurculi inutiles purga-
ni,ob id abiiciēdi. Mirum eſt hodie tam
litos ſui & Meſuæ pharmacopolas, vt ſo
pluris & faciant & vendant quàm folli-
os. Noſtras verò hortenſis ſenna ineffi-
ior eſt orientali, vt vocant, tamen non
tilis vſu quotidiano exploratur.

Vuæ passæ, pingues, carnosæ, cortice tenui sunt præstantiores libro. 2. alimentorum nobis sunt Damascenæ. Corinthię vulgares.

Damascene sunt deligendæ amplæ, fuluæ, transparentes, carnosæ, seminibus paucis, paruis, sapore vinoso.

Corinthiæ omnium minimæ sine seminibus, colore purpurascente, sapore delicatissimo, rare, & prætiosissimæ.

Vulgares huc afferũtur, vel ex Prouincia capsulis abietinis, vel ex Hispania calathis spartaceis. Prouinciales omnium post dicta duo genera Damascenas intelligo & Corinthias præstantissimæ; præsertim quæ prunellatæ vulgo indigenis vocantur, opinor quod acino sint pruni æmulo, hoc est nigro, sed quem ros cæruleus intexit. Non incelebres fuluæ, Picardatæ iisdem dictæ, Damascenis toto habitu proximæ, nisi minores essent, & carne parciore, minusque solida. Ambæ in palmite siccantur intorto pediculo, hæ si pinguescant immodicè & ob id digitis hæreant, farina aspersa vitium indigenæ tegunt. Qui dolus est frequentissimus in Hispanis omnium ignobilissimis. Quas enim habet Hispania optimas sibi seruat: viles in alias septentrionis regiones transmittit.

Del

DELECTVS LIGNORVM. Dioſ.

AGALLOCHVM lignũ, ſit maculatũ, odoratum, guſtu aſtringens, & ſubamarum, cute verius quàm cortice aliquantum verſicolore, halitum manſu commendans, ſuffimentis expetitum thuris vice, eiuſque modo in igne liqueſcens, ſed tardius, & aquæ iniectum mox ſubſideat, & bullulas edat. Xylaloë dicitur Aetio & Actuario, id eſt lignum aloës arboris, non herbæ, cuius tamen ſuccum nigredine & amaritudine pauca, & ſucco intus gummoſo nonnihil repræſentat: vnde opinor illi nomen hoc acceſsit. Crudum vbique Meſues requirit, quod enim à quibuſdã eſt expediendi odoris gratia, vim amiſit. Quòd verò oſtendunt officinæ, verius eſt aſpalathum: quòd ſi optimum ſit, graue & detracto cortice rubens aut purpuraſcens, denſum, odoratum, guſtatu amarum: alterum deterius candidum, lignoſum, inodorũ. Sunt tamen qui eius loco oliuæ arboris matricem ſubſtituant. Dioſ.

Lignum Gaiaci, ſiue ebeni ſpecies eſt, vt mihi videtur, quia ebenum toto habitu & viribus à Galeno ſcriptis refert, ſiue aliud lignum ſit, eligatur colore fuſcum & flauum, cortice ipſi ligno firmiter hærente, denſum, graue, bene habitum ex

arbore ætatis mediæ, si potest recentissimum (quo enim recentius, eo est succulentius & vegetius) aut alioqui gummosum, ac in eo nó excorticato rami mediocres præferũtur, si verò vetustus est trũcus, (modo nó sit putris aut cariosus, vel aliter vitiatus, vt sæpe videmus) quia ob crassitiem & duritié dissolutioni sui magis resistit, pinguior manet quàm rami, cortex verò siccatior. Contrà verò recentis cortex internus pinguior, & succulentus magis, quia alimenti plantæ vehiculum ferè fuit. Eligatur item sapore dulci, amaro, acri ex insula meridiana sancti Ioannis, temperata, irrigua, resinosius: ex insula autem sancti Dominici in zona torrida aridius.

Paulus sanctus quibusdam videtur ramus gaiaci, cui lignosarum fibrarum implexu vario, matrice nigra hodie in ebeni locum substitui solita, viribus denique proximus est, sed valentior si recens est: imbecillior verò & ob tenuitatem citius exicatus, si vetus, vt in aliarum plantarum ramis, & præcipuè surculis. Aliis diuersus videtur quòd albescat magis suo cortice, & aliis quibusdam de causis. Iudicium his permitto, qui arbores ipsas cædunt, viribus certè ambo sunt proxima.

Santalum citrinum, optimum, & maxi-

mè aromaticum, ſed inuentu rarum etiam Plateario.

Album peſsimum, rubrum medium bonitate eſt: frigida omnia gradu tertio, ſicca ſecundo. Quæ tamen ſunt in officinis acri ſapore linguam mordent, præſertim citrinum, ob id non vtenda.

Xylobalſamum probatur recens, ſarmento tenui, fuluum, odoratum, opobalſamum non nihil ſpirans. *Dioſ.*

Calamus aromaticus, quē officinæ oſtendunt, radix videtur & rei alterius quàm calami, tamen viribus proximis pollere odor & ſapor indicant, ſubalbus, odore & ſapore aromatico, non puluerulentus inter frangendum, triennio ſeruatur.

CORTICVM DELECTVS.

CINAMOMVM deligatur tenuium partium, odoratiſsimū, ſeu indicibili quadā ſuauiſsimi odoris gratia ſuper alia omnia præditum, guſtatu acre, & valde mordax, admodumq; calidum non tamen adeò vt moleſtè rodat, manſum verò rutam olere videtur, color illi eſt lacteus, cum giluo & cyaneo mixtus, ſeu cineritius, virgultis gracilibus, nodis frequentibus, læue, confrigi facile. Leptocinamomum. i. tenue cinamomum pro optimo vocatur Actuario. Quod verò cannellam vocamus, vel caſia *Galenus locis uarijs.*

eſt,vel pſeudocinamomum, quanquam principum cinamomorum ſex ipſi ſint differentiæ generales, annos triginta ſeruatum ſit imbecillius, nec putes diutius ſeruari poſſe integris viribus toto habitu corticiſque tenuitate.

Caſia quo cinamomo eſt ſimilior,ac odore & guſtu proprior, eò eſt præſtantior. Eſt autem rufa, roſam, expirans, & vinũ olens, guſtum dulcem præferens, & aromatũ modo vehementer odora,vnde caſia ſyrinx, id eſt fiſtuloſa & caſia ſyrinx fiſtula ſæpè apud Galenum dicitur, à purgatrice & Aegyptia res diuerſa,vt prius in fructibus admonui, illa corticem exteriorem, quem & fiſtulam dicunt,odoratu & guſtatu valentem habet: quod autem intus eſt maximè imbecillum, ob id inutile.

Macis ſit rufum aut flauũ, aromaticum, odore ſuaui,ſapore ſubacri, & minimũ amaro : quoq; recentius & ſucculentius, eò melius,ne putes cum quibuſdam annos decem efficax ſeruari.Succus ex hoc expreſſus gũmi hæderæ figura, quam ipſum macis eſt valentius.Macer hodie deſideratur.

Tamaricis cortex ſit verus ex Gallia Narbonenſi potius quàm ex fonte bellæ aquæ paradiſo regia propè Melodunũ. Hic cũ ſit noſtras & paſsim luxuriet,vel lippis & tõſo-

ribus notus est, vt cortex radicis capparis.

Thuris cortex sit crassus, pinguis, odoratus, recens, læuis, non scaber, sine membranis, adulteratur misto cortice pini aut nucis pineæ, sed hi sine odore fumant non incenduntur, sed thuris cortex ardet, & cum odoris fragrantia vaporem iaculatur, ferè in glebis thuris mistus inuenitur. Dios.

SVCCORVM DELECTVS.

OLEVM ex oliuis maturis expressum colore rufo, purum, perlucidū, tenue, odore exiguo sed grato, sapore dulci, subacri, & indicibili, recēs, aut non ita vetustū, nisi vetusto egeatur. In quo trigenarium trimo, & quadragenarium quadrimo est plurimo valentius, vbique crassius, graueolentius, calidius, acrius.

Oleum virgo quod vocatur, est præstantissimum: paucum fit, ob id pretiosum. Dios.

Oleum omphacinum ex immaturis vuis expressum ad viride inclinat, recēs sit, odoratum, morsus expers, sapore acerbum. Huius penuria ablutum capiendum est.

Vinum deligitur varium pro scopis medicorum variis. Colore autem, odore, sapore, consistentia ferè probatur.

Acetum album tenuius ob id valentius nigro & medio, præsertim si æquè sit acre & vetustum.

Mel sit uernũ aut æstiuũ nõ hibernum

Auic.

Mel optimũ sit purũ adeò, vt totũ perluceat, odorũ, flauũ, accerrimũ, dulcissimũq; gustanti & iucundissimum: consistentia nec crassa nec liquida, sed tam sibi cohærens, vt continuitatem suam quasi linea longissima non intercisum seruet, si digito attollitur. Idem coquendo paucam spumam emittit, nec thymum immodice olet.

Album etiam colore si fuerit, modo notarũ bonitatis aliarũ nulla desit, nihilo deterius fuerit. Quin Hispani & Narbonenses mittunt albissimũ, & longè præstãtissimũ, idémque prædurum, quale etiã flauum hic præferunt liquido: quippe quod humore aliquo est vitiatum.

Mesues.

Aeromeli autem .i. mel aërium seu mãna Arabibus dicta, siue liquida sit, siue granulosa, eligatur alba, recens, dulcis, pura, & excrementorum, quo ad licet expers ex plãtis odoratis & huiusmodi salubribus collecta, qualis laricea hodie probatur, anno seruatur. Sola prope granulosa in vsu est, liquida, inuentu rara, quæ in lapides incidit deterior, & hac peior cineritia: pessima fusca cœnosa, antiqua, saccharo & folliculis senne adulterata: sed hæc tempore mollescit, & liquescit, dolúmque prodit.

Cera sit flauissima, odorata, pinguis, coacta, leuis, pura, & aliena omni materia ca-

rens. Maurica tingendis flauo colore aliis quanquam nigricat: expetitur alba, vel natura, vel ablutione: fit viridis mista ærugine: rubea immissa anchusæ radice, cinnabrio tamen sæpe tingitur.

Saccarum est præstantissimum, quod durum, solidum, & mutuo metarum allisu sonorum est, ligni sicci & solidi modo, tamen ob siccitatem & imperceptam raritatẽ leue, dulcissimũ, candidissimum, & niuis in morem scintillans, cohærens, quale Valẽtinum in metas pyramidum æmulas (panes vocãt) coactum, paruas, ponderis libræ vnius & dimidiæ, vel circiter, charissimum, & cõfecturis siccis aptissimum, penidiis ob siccitatem nimis friabilem, ineptum.

Illi dotibus istis & pretio est proximum quod Madere appellãt, sed in metas ponderis librarũ. 6. 7. 8. 9. decem formatur, confecturis expetitum, quia minus pretiosum, non multò tamen imperfectius.

Tertium statuitur lentile, album quidem sed pinguius, ob id vilius neque confecturis siccis aptum, sed penidiis idoneum.

Quartum ex Canariis nunc dictis insulis, olim Fortunatis, aduehitur, etiam intus albicans, bonitate inferius prædictis, præstãtius sequenti, metis constat maximis, pondere lib. 10. 12.

Quintum ignobilissimum sancti Audomari dictum, foris albidum, intus subrubrũ, tanquam alio fartum, & foris dolo tectum, metis equalibus, omnium glutinosissimum, conditurls siccis ineptissimum, liquidis seruit & syrupis, opiatis, conseruis, & similibus, quia vilissimum, & vilitatem tegit aliorum mistura. Id si mare sentit (nam eo naues ob grauitatem saburrant) rubrum vulgo dictum fit, quanquam sunt qui rubrum spumam & spurcitiam omnis saccari se coquendo purgantis existimant. Ex micis horum collisu elisis etiam metas hic quidam cogunt, quæ simplicium naturam sequũtur. Ex his quod generosissimum minimam coctionem sustinet ne puluerescat, ignobilissimum contra: cætera pro accessu, aut recessu variant.

Acacia nostras modo non putruerit, aut situlenta euascerit, bona adhuc fuerit vetusta, nisi recẽtem medicus exigat ob scopum aliquem.

Dios. *Mesues* Aloë optima sit pinguis, glutinosa, friabilis digitis, facilè liquescẽs, ex rubro ruffa, hepatis modo, coacta & intus foueata, proinde minus grauis, bono odore, myrrham æmulante, licet planta tota odore sit tetro eximiæ amaritudinis, sincera, nitida, transparens, arenularum & calculorum expers, qualis

lis est indicat. Adulteratur Mesue & aliis,& notas istas non habet.

Elaterium,& Glaucium & Lycium si habebuntur notas ex Dioscoride require.

Glycyrrizæ succus ex Creta optimus, hoc est,dulcissimus,mollis,recens,purus,tenax,& qui confractus splendescat, nigerrimus, & qui linguæ subditus tandem totus eliquescat.

Hypocisthis licet quædam flaua, alia virens, alia candida Dioscoridi dicatur, ante præparationem intelligitur. In offas enim conformata est nigra, lenta, sapore astringente,odore non ingrato.

Ladanum probatur odoratum, subuiride, facile mollescens, pingue, resinosum, quod arenas non collegit,nec squalore obsitum est,quale Cyprium,sed Arabicum & Libycum est vilius. *Diosc.*

LIQVORVM DELECTVS.

OPOS est liquor ex plãta vulnerata,terebrata,scarificata,castrata, sponte defluens,sed suaui gustu.

Opus Cyreniacus sit acer, mordax, modice rufus,non porraceus colore, translucẽs, myrrhæ æmulus, odoratus, & qui dilutus cito albescat.Ex Taprobana insula in mari Indico maxima hodie à Lusitanis conuehitur, belzoe indigenis dictus, & nobis

ind

inde belzoin. (Nam indicus etiam Mesuæ laudatur)corruptius bencoin. Assa aromatica & odorata,quibus corruptæ etiam dicitur,nomine à lasere herba detorto, à qua planta hic liquor defluit,vt etiam assa fœtida à lasere Parthico & Persico, & cum Mesue à Medico & Syriaco,cuius liquor vitus & putrilaginem olet Dioscoridi.

Dios. Opium dictum,quod nigri μήκωνος.i. papaueris,fit opos.i.liquor, vt meconiū eiusdem succus,laudabatur olim Thebaicum & Hispanum,nunc Apulum in vsu esse frequētiore audio. Opium habetur optimum,graue,densum, gustu amarum, odoratu, soporiferum,quod facilè aqua diluitur,læue, candidum, neque asperum, neque grumosum, quodq; inter colandū non vt cætera coëat, & in sole diffundatur,deinde admotum lucernis non atra luceat flamma, extinctum denique odoris vim seruat.

Dios. *Mesues.* Opobalsamum probatur recens, validi odoris,sincerū,non ad acorē vergens, dilui facile,læue,astringens,mordens gustu modice,in laneam vestem effusum,nec maculā facit,nec si eluatur notam relinquit,lac coagulat,in aqua,aut lacte celerrime liquatur, & colore lactescit.Idem senescēs crassescit, deteriusque habetur Diosc.

Opopanax.i.panacis heraclii radicis incis

cisæ, vel caulis liquor, candidus, dum recens est, dum aruit, colore foris croceo, aut subflauo, intus candido, odore graui, seu cum Mesue odore bono, sed succo amarissimus, læuis, pinguis, friabilis, tener, facile in aqua liquescens.

Damnatur niger admodum, & mollis. *Dios.*

Euphorbium fit lacteum, causticum, & vrens, tenuium partium vel orobi magnitudine, sarcocollæ modo emicans, vel in ouillis aut hedinis ventriculis exceptum & cõcretum, vitreum, translucens, acre, recens, albissimum, vbi calore multo & igneo egetur: vbi modico, luteu[m], & vetus. Recens enim albius est, & calidius; & leui gustatu os accensum diutius sic tenet, vt cætera gustata euphorbium resipiunt. Color autem hic caducus est, & citò euanidus, fitq; vetustate cineritium, pallidius, aut flauius, & modice calidum. Bimum aut trimum adhuc mediocre viribus est, & interdum quadrimum: quinto autẽ aut sexto anno exoluitur, procedenteq; tempore totum elanguescit, ne putes cum vulgò annis decem posse integrum seruari, etiã cum milio, lentibus, fabis. Recens verò quia viribus est violentis, nõ vtendum, nisi medici optimi consilio, præsertim sumendo remedio. Mesue verò optimũ est leue, fragile, pallidum clarum acerrimum, *Gal.*

odor

odore mordax, annotinum, nam recentius igneum est & venenosum.

Galbanum laudatur ligno purũ, aliquid tamen seminis mistum habens, odore graui, sapore abominabili, pingue, in Ammoniaci aut thuris similitudinẽ chartilaginosum, humidi & aridi medium.

Ammoniacum probatur purũ. ligno, arenis, terra, sordibus, bene coloratum, odore castorii, sapore amaro, prædensum, & in thuris masculi similitudinem minutis glebis chartilaginosum.

Gaib.1. Antid. Sagapenũ laudatur perlucidum, foris rufum, intus candidum, acre, odore porri, seu medio inter laseris liquorem & galbanum, quibus adulteratur, galbano albiori est simile. Nam spumosa, cohærens, albior, leuisque pars galbani in sagapenum degenerat. *Ibidem.* Altera dẽsior, & multo quàm aliud galbanum constrictior, fit galbanum optimũ, sagapenum resipiens, eàque tanquam præstantissima vtendum, si verum est, vino aut aqua statim soluitur, adulteratũ non liquescit. Mesuæ verò optimum sagapenum censetur ex albido rubescens, odore porri, non omnino laseris, nec galbani, quibus adulteratur, spissum, sed tamen leue, facile in aqua resolubile.

Scammonia vel scammonium ex Mysia

As

Aſiatica defertur laudatiſsimum, hoc eſt, nitidum, rarum, fiſtulis tenuibus, fungoſum, leue, taurino glutini, vel gummi colore ſimillimum, & clarum linguam parum vehemẽter vrẽs, linguę ſaliuoſæ tactu vel humoris alicuius albeſcens in fragmẽtis, & lacteſcens, tenerum fractu ac puluĕratu facillimum, odore bono ſed ſuo, non autem fœdo. Syriacum & Iudaicum graue & denſum improbantur: tamen Antiochenum Meſues commendat: ſi verò linguam vehementer exurat, thitymali ſucco vitiatum iudicatur.

RESINARVM DELECTVS.

MASTICHE laudatiſsima fulgore quodam ignis ſplendida, candore ceræ Tyrrhenicæ, ampla, retorrida, friabilis, ſtridens friando, odorata, minimum acris, Chia, ideſt ex Chio inſula, calida ſicca ordine ſecundo, parum aſtringens. Dioſ. Gal.

Deterior eſt viridis & nigra, Aegyptia dicta aut pontica, bitumini nigredine ſimilis. Eſt autem lentiſci arboris reſina.

Terebinthina reſina ex terebintho arbore defluens, optima eſt alba, vel cęrulea, vel colore vitri, perlucida, odorata, terebinthũ olens, ſubamara, chia, aſperæ arteriæ & ori mordax, liquida. Huic primatum inter reſinas dat Dioſ. ſecũdas tribuit maſtichę, cõ-

tra Galenus, ob id eam statuimus primam.

Hodie ex Cypro insula & liquida, & per siccationem coactior aduehitur non cõtemnenda. Huic proxima est larix dicta seu laricea ex larice arbore, in qua mannam ferè colligunt: larici bonitate & tota natura est affinis abietina, quæ hodie prope sola pro terebinthina, ab omnibus officinis supponitur magno errore, cum sit multò inferior terebinthina. Quod si Galenus nõ modo terebinthinam exigebat, sed Chiam tanquam omnium præstantissimam requirebat, qua nõ dico ignominia sed pœna mulctãdi sunt rhopopolæ, qui sciẽtes abietinã pro terebinthina vendunt, vsurpantque non sine medicorum id permittentium infamia & culpa.

Præter has picea, pinea, strobilina, cyparissina, Dioscoridi & Galeno memorantur, & liquida è pinu & picea, quæ quod olim à Colophone vrbe Asiæ minoris petebatur, colophonia vocabatur: nunc nescio, qua ratione fecem terebinthinæ distillatæ solam vocent Colophoniam.

GVMMIVM DELECTVS.

GVMMI ex acacia Aegypti spina, Arabicum, vulgo dictum, & gummi absolute, laudatur vermiculorum in speciem cõtractum, vitri modo perlucidum, purum, refrigerat, densat.

Canc

Cancamum Arabicæ arboris lachrima vulgo gummi lacha,præſtātius eſt ex Dioſ. legendum.

Caphura Indicæ arboris ferulaceæ lachrima, ſolis arabibus & græcis recētioribus cognita, eligatur quæ igni vel ſole ex rubro albeſcit, perlucet, friabilis eſt. Ea enim eſt melior & tenuior & durantior, eadem pani calido impoſita madeſcit ſi ſincera eſt: areſcit verò, ſi ſpuria.

Deterior eſt craſſa, fuſca, nigra, aſſulis ligni ſui implicata, vaſe eburneo cum ſemine pſylii aut lini, annos quadraginta ſeruari poſſe quidam affirmant.

Gummi oleæ Aethyopicæ corruptè elemmi dictum, melius eſt ſcammonio ſimile, fuluum, ſtillis exilibus conſtans, mordax.

Dānatur Ammoniaco vel gummi Arabico ſimile colore, nigricans, morſus expers. Quod proferunt officinæ eſt reſinæ piceæ aut pinus, quam Burgundicā vocamus, colore & conſiſtētia & odore primo, deinde tamen valentiſsimo & multis graui.

Gummi iuniperi vulgo Vernix, quia verno tempore exudat & legitur, bonum eſt recens, perlucidum, pallidum dum veterauit, flaueſcit, & fit friabile maſtiches modo: quam toto habitu multum mentitur: In vſu frequentiori tamen eſt ſcriptoribus Dioſ.

& pictoribus quam medicis, prӕterquam in suffitibus, qua autẽ ratione non video, cum ipsum vt & thus caput grauet, & vapore crasso & calido repleat.

Myrrha arboris Arabicӕ lachrima eligẽda, recẽs, squallore & situ obducta, leuis, tota concolor, & quӕ confractas vnguium modo & lӕues venas ostendat, glebis minutis, amara, acris, odorata. Omnibus antefertur Troglodytica ex Aphrica, viridis, perlucida, mordax, odoris gratissimi, nullo vitiata liquore. Post hanc secunda est tenuis, bdellii modo facilè sub digito mollescens, odore grauiuscula, apricis nascens. Mala, nigra, aut colore picis, grauis, retorrida, maturitate maximè exoleta.

Omnium pessima, pingui carens, cano situ obducta, acris, ad gummis imaginẽ vergens, & viribus eius proxima. Ob id adulteratur gummi macerato aqua, in qua myrrha maduit. Vera enim est rara inuentu, prӕcipuè sincera. Nã in optima myrrha opocalpason innenitur ab optima myrrha diuersum, vt in nostris simplicibus abunde docuimus: propter quod & alia, myrrhӕ in fumẽdis parum tutus est vsus.

Myrrha stacte, id est, ex myrrha recente, pingui, & solo lӕtiore nata exudans & stillans, cum ex aqua pauca tusa, deinde ma-

chin

china exprimitur, colore pallido, amaritudine præcipua, odoratissima, pretiosissima, minima portione efficacissima, multò rarior ipsa myrrha. Nam quæ styrax liquida vulgò dicitur, si verax esset, myrrha fuerit stacte: sed cum odore sit teterrimo, à myrrha alienissima res est.

Quod stillis illis expressis manna myrrhæ superest, vulgò quoque styrax rubra dicitur.

Bdellium lachrima arboris Sarracinicæ vel Sembrachenicæ cum Hermolao, optimum est carens cortice, ligno, sordibus, vt taurinum gluten, translucens & clarum, odore vnguis marini incensum, gustu, amaro, intus pingue, & si tactu subigitur mollescit.

Scythicum est atrius, resinosius, mollies magis. Arabicum resinosum, liuescens, lucidum, magis siccans, nisi recens sit & humidũ, & tundendo facilè mollescens. Indicum, sordidum, nigrum, grandioribus glebis in offas conuolutum.

Adulteratur gũmi, sed id minus est amarum, & minus suffitu odoratum.

Styrax lachrima arboris Syriacæ probatur flauus, pinguis, resinosus, sordescens, albicantibus grumis, acer admodum, & amarus, quamplurimum in sua odoris fra-

grantia permanēs, & qui ſubactus melleum reddat liquorem. Deterior, niger, furfuroſus, friabilis, cano ſitu obductus. Adulteratur multis modis Dioſcoridi, ſed dolus his notis deprehenditur. Pretioſiſsimus erat & pauciſsimus Galeni ætate, qui ex Pamphilia in calamis & in arūdinibus afferebatur. Vnde opinor quiuis alius calamites hodie quoque dicitur. Accipe autem quod calidiſſimum, & odore & guſtu valentiſsimū eſt.

De ſtyracis duobus aliis generibus ſuppoſititiis in myrrha diximus.

Sarcocolla arboris Perſicæ lachrima, pollini thuris ſimilis, rufa, emplaſtica, ſubamara ſine morſu ſiccans Meſuæ. Item valentior eſt flaua quàm alba, & quo amarior, eò melior.

Dioſ. Adulteratur gummi miſto, puluerata etiam ſuſpecta eſt adulterii. Vera enim rara eſt inuentu.

Succinum vel Electrum eſt lachrima ex pinei generis arboribus exudans autumno, ex Germania ſeptentrionali & inſulis maris Germanici, larga mitti ſolita, incenſa pineā aperte olet, charabe vulgò & embra dicitur: medicis in vſu raro.

Ambar verò ſeu ambrū ſeu ambra Arabibus & Græcis recētioribus eſt odoramēti genus cineritio colore. Arabica, ſubalba. Indica,

ca,rufa,pinguis, odorata, fuccinũ orientale dicta Hermolao. Nigra omnium pefsima.

Thus lachrima arboris Arabicæ,pinguis, albius,emplafticũ,flauius,eft ficcius,& antiquatũ magis. Quod fœmininũ vocãt refinofum magis eft ac molle,citò ardẽs: quod mafculũ, primũ albicat, tandẽ etiã rufefcit & flauefcit. Perlucidũ eft, fi præfertim guttarum formã retinet. Adulteratur refina piceæ & gummi, fed thus ardet, gummi non inflammatur,refina in fumum abit.

Mannam feu maluam thuris Græci propriè vocant micas thuris,ex magnis fafciculis concuffu elifas cum fragmentis quibufdam exiguis corticis thuris arboris.

Tragacantha laudatur alba,perlucẽs, gracilis,læuis,fincera , fubdulcis. Saliua, in ore diu lentefcit. Quæ verò eft antiquata, magis pallefcit primum,deinde rufefcit,tãdem etiã flauefcit: quod lachrimis prope omnibus commune eft:fitq; tragacãtha hæc annis amara, ob idque calidior, dulciũ cæterorũ more. Ob id etiam vulgus tragacantha flauam antidoto aureæ Alexandri, antidoto Hadriani & diacucurmę maiori & aliis quibufdam cõpofitis mifcent, quæ calida funt præfertim vbi cocta funt, & vt dicũt fermẽtata,poft annum fcilicet dimidiũ:aliis verò frigidis aut tẽperatis albam aut pallidam.

METALLICORVM ET TERreorum *delectus.*

AVRVM & argẽtũ indice lapide explorãtur & probantur, colore ſcilicet flauo in lapide relicto. Igni quoq; & aliis explorantur fabris aurariis.

Lithargyros auri omnium optima, præcipuè foliata, aureo colore. Liquatur vt cera ſed non mox, vt lib. ſequente in liquatione audies, materiæ ſolius in emplaſtris rationẽ obtinet, ſeruatur vaſe vitreo, plumbeo, ſtanneo, argenteo, ſiquidem aliam omnem materiam exedit, & defluere facit Dioſc.

Lithargyros argẽti & plũbi deterior. Eſt autem horum metallorũ ſe igni purgantiũ vitium, ſeu ferueſcentium ſpuma.

Arſenicum, id eſt auri pigmentum optimum eſt, aureo colore, nulli materiæ permiſtum, cruſtoſum, & in ſquãmas tanquam bracteolas fiſsile, Alterum globoſum, glandis effigie, pallidum, & colore ſandaracham imitans, vtrunque cauſticum eſt. In eiſdem metallicis fodinis quibus ſandaracha gignitur, in Ponto & Cappadocia.

Sandaracha arſenico affinis natalibus & natura, quin & in eam arſenicum vſtione degenerat: ob id auri pigmentum & arſenicum rubrum quibuſdam dicitur, probatur colore rufo, ſaturatior ceu cinnabaris rubro,

bro, sulfuris virus redolens, friabilis, aliena materia carens, causticũ est. Ne ergo posthac sandarachæ nomine gummi iuniperi accipias in compositionibus Græcorum.

Aes vstum probatur rubrum, & quod tritum colore cinnabarim imitatur, nigrũ verò plusquam decet exustum est. *Dios.*

Squamma æris laudatur crassa, rufa præsertim si aceti respersu æruginem cõtrahat. *Ibidem.*

Flos æris ære fuso & aqua effusa exilit subito, milii effigie & numero, optimus est breuis, grauis, splendens, cum teritur rufus, friabilis, adulteratur æris squamma aut limatura, sed hæc dentibus dilatatur.

Diphryges quasi bis coctum, est perfecti æris velut fex subsidens & cohærens imæ fornacum parti, ablato ære visitur, acre est vt æs vstum, præfertur quod saporem æris & æruginis habet, astringens & vehementer siccans linguam, quod exusta ochra sibi non vendicat, quæ tamen diphrygis vice venditur, adulteratur enim ochra vsta.

Scoria est metallorum omniũ velut stercus, scoria plumbi optima est, densa fractu contumax, cerussam plane repræsentans, nihil plumbosum habens, ad luteum colorem accedens, vitri splendorem imitatnr.

Aerugo est æris velut rubigo, acris est &

mordax & caustica.

Flos æris Guidoni & sæpè idiotis aliis male dicitur.

Aerugo sincera cópressu digitorũ diffunditur, dentium quoq; appressu cedit, læuis est ac æqualis & sine asperitate post fossilé præfertur rasilis nobis hodie sola in vsu.

Sori, chalcitis, misy, & ex transmissa per hæc aqua & siccatha, chalcãthum acria sunt, & vrendo escharas inducunt.

Sori in fodina infimum, crassissimum, lapidosius, vehementius compactum, in humore nõ liquescit, friando nigrius ceu melanteria apparet ac scintillat vt misy, in multa foramina dehiscit, olfactu & gustatu virus olet, subpingue astringens est.

Misy summum grumosum & frustulosum magis est durum, auro simile, & friando auri colorem repræsentans, & stellæ modo splendens, ægre liquescit. Cypriũ ad ocularia medicamenta optimum, ad cætera remedia Aegyptium efficacius. Diosc.

Chalcitis situ & natura horum media, æri similis, friabilis, non lapidosa, nec inueterata intercusantibus oblongis venis splendétibusque promptissimè liquescit.

Chalcanthũ optimum est molle, concretum, graue, cæruleum, translucens, quale est stillatitiũ cõcretitio & coctili præstantius.

Mel

Melāteria præſtat ſulfuris colore, læuis, pura, æquabilis, aquæ contactu confeſtim ni greſcens, miſyos modo cauſtica. Dioſc.

Cadmia fornacaria melior eſt botrytis, id eſt, racemoſa, in ſummo fornacis ærariæ affixa, denſa, modicè grauis, in læuitatē magis inclinans, colore ſpodii, & quæ fracta ci nerulenta & æruginoſa eſt.

Cadmia, lapis calaminaris vulgo dicitur, cuius puluere æs rubrum pallore tingunt & augent etiā hodie fabri ærarii. Is alieno ſapore madēti eſt, & in farinā tritus, aceto ſub actus, in ſole ſiccatus coit in lapidē, in igne manet & fuliginem edit luteam vel æream, quæ lapidi cuidam in lapidum fodinis inuento à nonnullis male pro cadmia ſuppoſito non conueniunt. Dioſc. Id quod dum fit, pompholyx ceu fuligo quędam alba, tenuis ſummæ fornacis cameræ adhærens parietibuſque ac tectis & ſpodos illi perſimilis, ſed grauior, in pauimentum recidit. Vtriuſq; magnam nobis copiam ſuppeditant fornaces ærariæ Pariſiis, in via diui Martini, propè Budæi, piè vita functi, ædes.

Ceruſſa olim Rhodiaca Corinthia, & quæ Puteolis in Italia fiebat, cæteris albior, leuior, tenuiorum partiū, ad emplaſtra alba maximè commendabatur.

Sulfur viuum eſt optimum præſertim ſi-

nitedulæ ſeu fulguris modo ſplendeat & perluceat,nec ſit lapidoſum,vſtum verò eſt melius virens ac præpingue.

Sulfur enim ignem expertum,quo virentius,oleoſius,pinguius,eo melius.

Alumen ſciſsile non in fila tantum ſed digitis friabile,vulgo plumæ, omnium ſubſtantia eſt tenuiſsimum & pretioſiſsimum, aquæ innatat linguæ, & cuti integræ mordaciſsimum, igni liquatur vt alia alumina: quibus notis tribus ab amantho lapide pro ipſo ſupponi ſolito facilè ſecernitur. Liquidum maximè craſſarum eſt partium & viliſſimi pretii,quia in omnibus regionibus inuentu eſt facile,cruſtè & lateris figura:quia facilè opinor liquatur,liquidum dicitur.

Rotundum & aſtragali figura in medio eſt amborum.

Gypſum vrendo ſeu vt vocant coquẽdo, vt petra in calcem vrendo coquitur,fit emplaſticum:vſtum verò præterea vt cùm in fornace &,camino lapides iungit, aut calcinatum vt vocant,minus eſt emplaſticum.

Spuma nitri,aphrolitrum, nitrum videri deſierat,nec probo ſalem petræ ipſorum loco medicamentis miſceri: mallem nitrum candidum,quod mihi ex agro Nauarræ datum eſt,minimum,ſalſum.

Nitrum præſtátius eſt album rubro per-
mi

mistum, lucidum in fracturis laminosum, fragile, læue, spongiosum, salsum, mordax, naturale.

Sal fossitius, vulgo sal gēma, quibusdam videtur, sed Mesuæ sal naphthicus, omnium valentissimus, secundo loco sal gemma, tertio mineralis, infirmissimus est marinus.

Sal armeniacus, Ammoniacus quoque Dioscoridi & Galeno dici videtur, subacer est ac leuissimus.

Stimmi vel stibium vulgo antimonium, optimum, splendidissimum, & modo nitedularum emicans, confractu crustosum, terræ & sordium expers, friabilè. Diosc.

Chrysocolla laudatissima est armeniaca, colorem porri quàm simillimum redens, pura, terræ & calculorum expers. Diosc.

Cyanus, in cuius fracturis velut stellę quędam aureæ scintillant, vnde lapis stellatus Mesuæ dicitur, & vstione fit ceruleus magis: probatur maximè saturatus colore nominis sui Diosc. Mesuæ verò est colore viridior & cæruleus, maculis aureis interceptus, grauis, metallorum expers.

Armenius lapis præfertur læuis, perquam ęquabilis, calculi expers, colore cæruleo friabilis Diosc. colore ex viridi obscurus, terreus, & indus, maculis viridibus & nigris distinctus, attactu læuis, & asperitatis expers

nondum exacte lapis, sed friabilis & puluerατu facilis Mes.

Ochra eligenda leuissima, & omnino lutea, friabilis, non lapidosa, vritur & lauatur vt cadmia. Diosc.

Lapidum in medicamentis Græcorum rarissimus est vsus.

Iaspidem viridem Gal. omnem iaspidem medicamentosum tradit Diosc.

Arabes quoq; compositis quibusdam cardiacis saphyros, hyacinthos, granatos, sardines, margaritas commendat. De his Albertus magnus, Serapio & alii plærique multa prodiderunt, quàm vere æstimato.

Dios. Hæmatites probatur friabilis, saturato colore, niger, durus, & suapte natura æqualis, nulla sorde admista, nulloque zonarum discursu.

Dios. Magnes ferrum prompte trahat, sit colore ad cęruleum vergente, densus, nec admodum grauis.

Lapis iudaicus metæ striatæ forma, tener & friabilis.

Corallus lapis Actuario dicitur, aliis arbor lapidosa, ruber & niger est Diosc. Nobis etiam albus & aliter coloratus. Visus mihi foris albus, intus ruber.

Sigillum Lemnium, in placentulas quasdam exiguas formatum characteribus turcicis

cis

cis signatum, colore nunc pallido, nũc rufo, sapore parum astringente.

Bolus armenia colore ochra idest pallida vel lutea, prõptissime in summũ læuorẽ calcis modo soluitur pistillo, aut quouis liquore, arenosa substãtia caret. Tã callide hęc vt sigillũ Lẽniũ & alia pleraq; adulterãtur hodie vt pro veris recipiẽda nõ sint, nisi ab eo qui collegerit, fides sinceritatis fiat.

PARTIVM AB ANIMALIBVS *sumptarum delectus.*

SANGVIS hirci quadrimi, bene habiti, aliquandiu nutriti vino albo & herbis, calculum frangentibus, vt fœniculo, seseli, lauro, augusto mẽse iugulati, medius effluẽs eligatur: nã primus tenuior, postremus crassior putatur. Vase vitreo receptus, linteo raro tectus, sole siccetur.

Sanguis draconis veterum, hodie ignoratur. Qui verò ostenditur, factitius est ex hirci sanguine, bolo armenia, & succo sorborum vel aliis.

Lac vaccæ, capræ, asinæ iuuenis, aliquandiu post partum exercitæ, & bene pastæ præsertim idoneis sibi pascuis, vernum largius sed humidius, aut autumnale partius siccius, & butyro diu seruando aptius, sit autẽ quatenus lacti datum est, dulcissimum, albissimũ,

mum, cõſiſtentia mediocri, ſi vaccinum eſt: tenuiori, ſi aſininum vel caprinum.

Serũ lactis capræ iuuenis nigræ, ſalubribus alimentis nutritæ, paulò antè fœtæ præfertur Meſuæ, ſecondas tenet ſerum lactis ouini.

Adeps ex animali florente autumno lectus, reponitur vel incuratus, lotus, ſiccatus in vmbra, vel exemptis pelliculis fuſus ſole vel igni, in vaſe duplici.
Alii toſto in veru animali cadẽtẽ excipiũt.

Medulla vt adeps ſumatur à fine æſtatis, ad hiemis initium, ex florenti animali: & reponatur loco ſicco & edito, & ſeptentrionẽ ſpectante: reponatur cum foliis lauri ſiccis, ne putreſcat, aut ſitum ducat. Recens etiam tenerorum animalium vſurpatur.

Cerebella paſſerum vere & autumno captorum reponuntur, cum vitello oui & melle, vel ſole aut cinere ſiccata legitimum.

Cornu Rhinocerotis eligatur.

Mumia Serapionis, cum ſit Dioſcoridis piſſaſphaltum, id eſt pix & bitumen, ex horum notis noſcitur. Quod verò nobis hodie eſt mumia, liquamen eſt hominũ aloẽ, myrrha, & ſi datur balſamo in ſepulchro cõditorum. Carnes enim cum humanis oſsibus retorridæ ad nos afferuntur.

Cunicam interiorem ventriculi gallinarum

rum quia inutilem confirmat Galenus, de illa ne labora. *Dioſ.*

Iecur lupi ſi potes florentis, & bene habiti, aut etiam teneri potius, & recens quam ſiccatum eſt præſtantius. Poteſt tamẽ ſiccatum in multos dies ſeruari, vt pulmo vulpis.

Renes ſcincorum, qui crocodili ſunt terreſtres, ſiccati ſeruentur, corpulenti & non ſtrigoſi.

Caſtorium elige, id eſt caſtoris teſtes, qui ex vno principio committuntur, & quibus eſt intus liquor ceroſus, friabilis, odore graui, & virus olente, guſtu acri & mordaci, recens tamen melius veteri quibuſdã eſt. Nigrum autẽ fœtidũ, rancidũ, die vno necare ſumptum affirmat Auicenna de venenis. *Dioſ.*

Oeſypus, id eſt ſuccidarum lanarum pinguitudo ſeruetur purus, ex ouibus integris non ſcabioſis. Hyſſopus humida ineptè vulgo dicitur.

Ambra quam habeat originem ignoratur adhuc: præſtantiſsima tamen fuerit rara, leuis, habitu rha Barbari, ſed fuſca magis interdũ & cineritia & alba, odoris gratia multũ commẽdabilis, nigra autem reiicienda, & quam vulpes deuorarint & vomuerint.

Moſchus melior eſt ſubflauus quã nigricans, & qui pelui humectatę immiſſus leuior euadat, quam qui grauior. Ex Catay tamẽ nig

niger præſtantiſsimus hodie affertur. Ferrugineus fere eſt noſter, non quem Auicenna probat citrinus, Alexandrinum vocans, eſt odore in opum Cyrenaicum inclinate ſed valentiore, præter ſummam aliam in eo fragrantiam glebulis exiguis conſtat, ſeruatur melius pyxide plumbea cera obturata per ſe, ſi autem odoris gratiam perdidit, repone vaſe vitreo aperto, & ſuſpende in cloaca, ſic enim recuperabit, ſi Plateario credimus.

Dioſ. Canthariꝺes probantur in frumento inuētæ, verſicolores, & quæ luteas in alis trāſuerſas habēt lineas corpore lōgo, craſſo, præpingues. Sed inertes ac imbecillæ quæ vnius ſunt coloris. Capiūtur vere, & phiala ſeruentur: necentur autem vt iubet Dioſc.

Meſues. Gallus ad ius purgatorium eligatur, rufus, plurimum annoſus, ſed tamen adhuc ad motum, pugnam, coitum, alacer: & in dimicando validus, macri & pinguis medius hoc eſt bene carnoſus præparatio autem eius ex Meſue repetenda.

Vnguis odoratus, Blatus Bizantis Actuario, blatta bizantia vulgo, conchylii tegumentum eſt odore caſtorium referente, ad ſuffitus idoneum, ipſa enim teſta mox liquatur igni bituminis modo, quod etiam improbe ipſa olet, quidam albicantem odoratam

tam

tam magis commendant.

Vniones seu margaritæ ex quodam con charum genere auulsi, sint corpulenti, integri, non perforati. Sunt qui à natura perforatos præferant, quod per foramen excrementis sint purgatæ.

De viperarum delectu lib. 4. nostræ methodi in theriaces compositione, quantum satis est diximus.

Ladanum sit nigrum, molle, glutinosum, graue, odoratum, friabile autem vetustate elanguit.

Ex prædictis aromata sunt, amomum, cinamomum, casia, calamus odoratus, nardus Gallica & Indica, partes, balsami, crocus, folium, folium malobathri, ladanũ, aspalathũ, xylaloë, macer & recentioribus Ambra, moschus, vnguis odoratus, caphura, cubebæ, doronicum, galanga, caryophylum, macis, nux moschata, santalum triplex, cornu monocerotis, cedoaria. In his quæ odorata magis sunt, in suo genere sunt præstantiora. Sapore autem si explorabis, permulta continenter ne gusta, sed vel os intereà ablue, vel papyrum mande, vel tempus interpone, donec prioris aromatis sapor exoleuerit, vt non prioris reliquiæ iudicium tibi falsum afferant posterioris aromatis. Hæc cũ sint essentiæ tenuioris, celerius examinãtur, præfer-

tim aëre calido, parum fideliter operculata & inuoluta, aut etiam iam comminuta. Ob id vtenda cum vigentissima sunt, nondum verò cariosa, foraminulenta, exoleta, exanimata, emortua.

Ex his item purgantia sunt agaricum, colocynthis, cucumer agrestis, helleborus vterq;, tithymali, daphnoides, opopanax polypodium, sagapenum, sarcocolla, dracunculus, scammonium, euphorbiũ, cassia fistula, myrobalanus quintuplex. Hermodactylus, lapis cyanus & armenus, manna, rha barbarum Thamar indi, turbith, senna, & alia quædã Mesuæ & aliis tardita.

Quæ maiore cura & studio sunt deligenda, reponenda & seruanda: & quæ vi malefica sunt prædita, castiganda, vt libro sequẽti diceraus.

Adulteria, quòd in primis ad delectum conferant, ob id in hunc librum reieci, eaq; simplicibus ipsis dolo mẽtitis ascripsi, ne longius lectori disquirenda essent: fusius tamen hæc ipsa persequi non placuit ob dictas à nobis causas libro. 3. methodi medicamenta componendi, vnde in hunc librum si qua de adulteratorum notis desiderabis, transferre potes.

Super est in hoc etiam primo describere analoga quæ vocant, & antiballomena,

quò

quòd hæc ambo non parum ad medicamentorum delectum commodare existimem, vt libro sequenti agamus tantum de multiplici pæparatione medicamētorū simpliciū ad compositionem vtili, vel etiā necessaria.

Cum nomē alicuius simplicis medicamēti commune multis scribitur sine additione, quod ex illis intelligēdū sit, quia insignius vel rei propositæ aptius, vt ammi, anisum, anethum, apium, cnicos, cuminū, gith, lybisticum, nasturtiū, psylliū, seseli, staphis agriā, semine sunt efficaciora. Ergo apiū, ammi, anisum, anethum, id est semen. Adhæc, anisum Creticum, ammi Illyricum, melius.

Aloē optima qualis Gal. Indica, Mesue succotrina.

Acetum ex vino: Nam ex hydromelitæ, ceruisia, & aliis fit, sed inefficacius.

Agaricum, album & fœmininū, & qui notas omnes optimi agarici à nobis prius scriptas habeat, & in cæteris similiter.

Agnus, flos aut etiam semen.

Alumen scissile, quia præstantissimum.

Aristolochia rotūda. In vnguentis verò clematitis.

Amomum scythicum, & cum notis scriptis.

Balsamum, opobalsamum.

Bryonia alba, potior quam nigra.

Buglosum vtrunque, id est, folia & flores.

Casia vel casſia in libris Græcorum, noſtrũ vulgare cinnamomum, quæ in libris Arabum caſsia lignea dicitur.

Caſsia verò fiſtula ponitur quando medicamentum Arabum eſt purgatorium.

Cardamomum, minus.

Capparis, cortex radicis.

Coriãdrum, Cuminum Aethyopicũ, ſemẽ.

Centaurium, in purgantibus, minus: in aliis maius.

Calaminthe montana: quia efficacior domeſtica.

Coſtus cum reuera vnius ſit generis ambiguitatem nõ habet: Radix autem eligatur: Nam dulcis coſtus arabũ ignoratur.

Cypreſſus, pilulæ eius ſeu nuces recentes.

Cinnamomum, optimum & cum notis ante ſcriptis.

Daucus, agreſtis. Nam ſatius eſt paſtinaca, alimentum potius quàm medicamẽtum.

Helleborus albus Galeno, Niger Meſuæ.

Eruca, ſilueſtris quia efficacior.

Epithymum Atticum Græcis. Arabicũ Arabicis compoſitionibus vſurpandum.

Fœniculus, ſemen: ſed in colyriis, ſuccus foliorum aut radicum.

Galla, ſolida: quia efficacior, quã perforata.

Granatum, acidum.

Gummi, Arabicum. Id enim omnium per-

fec

fectissimum.
Gluten, ichthyocolla his, aliis taurocolla; aliis mastiche intelligitur.
Hyssopus, montana hortensi melior. Ciliciam Diosc. creticam alii laudant.
Hyoscyamus, albus seu album eius semen.
Iris, radix ireos Illiricæ. Græcis, neotericis, florentinæ.
Lupinus, amarus, Nam dulcis esculentus est.
Laurus, folia.
Ligusticum, semen.
Lactuca, semen: sed in victus ratione, folia.
Lapathum, oxylapathū efficatius rotundo.
Lithargyrus, auri, quod aliquando tamen exprimitur.
Mastiche, Chia: aliis etiam Aegyptia.
Marrubium, album præstantius nigro.
Mel apum, Alterum aëromeli, seu manna.
Margaritæ, solidæ meliores pertusis, nisi etiam sint flauæ, obscuræ: quia tunc solidis sunt pares.
Medulla ceruina in valenti medicamento: in mitiori, vitulina.
Nuclei pini: aliis oliuæ, dactyli Auicenne.
Nux iuglans, vsualis vulgo & communis.
Nasturtium, semen.
Oleum, oliuum, ex oliuis expressum.
Ozimum, in arabibus Caryophyllatum.
Opum, Thebaicum, Tamen Apulum etiam

hodie celebrari audio.
Petroselinũ, Macedonicũ:& in hoc astreoticum, à loco in Macedonia vbi crescit optimum in præruptis:& huius maxime semen.
Pruna, si aluus deiicienda est, dulcia: si astringenda, acerba vel austera.
Papauer album, semen.
Piper album, quia acrius.
Pix liquida in suppurantibus & tergentibus medicamentis, sicca: in siccantibus epuloticis, glutinantibus.
Pæonia mas, seu ipsius radix, vel semen.
Polypodium quernum, murale alii.
Polium, in antidotis, minus seu montanum quia acrius, amarius, ob id efficacius.
Quatuor emollientia, malua, althæa, viola nigra, acanthus.
Quatuor semina frigida maiora, melonum, cucumeris, cucurbitæ, citruli.
Quatuor semina frigida minora, lactucæ, portulacæ, intybi, cichorii.
Quatuor semina calida maiora, cumini, cari, anisi, fœniculi.
Quatuor semina calida minora, apii, dauci, ameos, amomi.
Quinque radices vreticæ, id est vrinam mouentes, apii, petroselini, asparagi, graminis, rusci seu apii, veri & eleoselini.

Resina, Galeno mactiche: Dioscoridi terebinthina.

Ruta, folia rutæ agrestis, sed fere à Grecis exprimitur, aut alio nomine vocatur scilicet molybesasa hermolao.

Raphanus, siluestris radix.

Rosmarinus, flos aut folia.

Rhus cortex fructus, sumach dicti.

Stœchas, stœchados Arabicæ flos.

Styrax calamites, si habere possit, aut saltē calidissimus & vegetissimus.

Santalum, flauum, quia odoratius.

Spica nardi Indicæ.

Sulfur viuum, & igni non exustum.

Tragacantha alba, in frigidis compositionibus: rufa in calidis miscetur.

Tres flores cordiales, violarum, buglossi vtriusque.

Thymū Atticū, aut ex locis editis & siccis.

Viola nigra, seu purpurea: vulgo martia & quadragesimalis: recens si haberi potest, folia: si emolliendum est, flos: si corroborandum, semen: si purgandum.

Viscum quernum, ipsius baccæ recentis, aut recentis summa germina cum foliis & cortice.

Zizipha seu iuiubæ, recentia & bene matura, aut saltem integra, non putria aut vetustate exucca.

In ſumma, intelligantur omnia ſuis notis prius dictis omnibus abſoluta inter quas etiam ratio regionis vbi medicamentum educatum eſt habebatur, Ob id,

Alumen, Mileſium	Aniſum	Creticū.
Agaricus, Ponticus	Thymum	
Caſtorium, Pōticum	Daucus	
Miſy, Cyprinum	Amaracus	
Nitrum, Berenicium	Glycyrriza	
Sinnon, Syriacus	Origanum	
Cuminū, Hiſpanū & Aethiopicum	Dictamnus	

Meum, Hiſpanum & Macedonicum
Ariſtolochia, Pontica vel potius Cretica
Phu, Ponticum
Erugo, ceruſſa, æs, æris ſquamma, ex Puteolis vrbe Italiæ.
Lithargyros, optima Romana & Sicula.
Antiballomena ſeu medicamenta in locum alterius deſiderati ſuppoſititia, magis cōſentanea rationi ſunt loco
Aquæ pluuiæ, aqua fontana pura,
Acaciæ, ſuccus & caro prunellorū agreſtiū.
Aſari, acorus vel carpeſium.
Abſinthii, Abrotanum.
Acāthæ Arabicæ ſeu Aegyptiæ herbæ (quæ ſucaha dicitur Serapioni) acantha leuco noſtras, eidem dicta bedegar.
Alicacabi, ſemen ſolani.

Aſp

Asphalthi, pix liquida Brutia.
Aethyopicæ oleæ lachrimę.i.gummi elemnii, gummi acacię seu gummi Arabicum.
Anchusæ, hyacinthus.
Amyti, sicca farina.
Arsenici sandaracha.
Amygdali amari, absinthium.
Aristolochiæ cuiusuis, vna ex tribus.
Adipis vulpini, vrsinus.
Adipis ceruini, anserinus.
Aluminis, sal fossitius.
Balaustii vice, malicorium.
Buccinorum, ostreorum testa vsta.
Balsami liquoris, myrrha stacte vel caphurelæon.
Cinamomi loco, casiæ optimæ, vel carpesii, vel amomi, vel seminis cardamomi, sabinæ duplum.
Casiæ, seu casiæ corticis, cinamomũ etiam ignobile, nisi optima casia requiratur quæ cinamomo est proxima, vel nardus indica, vel malobathri folium.
Chamæmeli florum, duplum foliorum & radicum,
Costi, pyrethri dimidium, vel baccæ cedri, vel radix helenii vel ireos.
Cimoliæ terræ, retrimẽtum ferri & molæ.
Cerusæ, spodium, pompholix.
Caphuræ rei incognitæ & sapore ingratæ,

santala alba & rubra.
Cardamomi maioris, minus: Calaminthe omnis, mētastrū, pulegiū similia sunt facultatibus: ob id inuicem sunt antiballomena.
Croci, crocomagma.
Cyperi, iuniperus maior.
Cumini semen, rutæ vel agni.
Colocynthidis, semen ricini.
Capparis radicis corticis, cortex radicis Tamaricis vel ericæ.
Dictamni loco, saluia, vel nepitha, vel pulegium.
Doronici, caryophylli dimidiū.
Dauci, pastinaca.
Elaterii vice, succus foliorū cucumeris agrestis.
Ebeni, lignum gaiaci.
Eupatorii Mesuæ, asari & absinthii ana dimidium.
Folii loco, folium caryophylli, vel nardus indica, vel casia, vel macis.
Ferruginis, squamma ferri.
Fimi palumbis, fimus columbæ.
Fellis suilli, fel perdicis, vel piscium.
Gentianæ loco, asari & radicis capparis ana dimidium.
Glycyrrhizæ succi, puluis radicis.
Gnidii cocci, semen lathyridis.
Galbani, sagapenum.
Ammoniaci loco, propolis.

Hermodactyli, folium anchusæ, & dimidium bdellii foris admouetur dolentibus iuncturis.
Hederæ, gummi persici.
Iridis Illyricæ loco, helenium odoratum.
Lapidis Asii, gagates.
Lapidis phrygii, magnes, pyrites.
Libystici seminis, semen dauci.
Lanariæ radicis, radix Veratri nigri.
Lycii, succus radicis centaurii magni.
Mellis loco, saccarum.
Malobathri, casia, nardus Indica.
Myrrhæ, smyrnium.
Myrrhæ Troglodyticæ, calamus odoratus.
Marrubii, melissophyllum.
Mespili tricocciæ, id est, azaroli, mespilum nostras quinque osibus præditum.
Nasturtii seminis loco, folia eius sicca.
Nucis moschatæ, spica nardi.
Nardi syriacæ, iuncus odoratus seu schœnanthum.
Opopanacis loco, ammoniacum, galbanũ, sagapenum, bdellium.
Opii, meconium.
Ozimi caryophyllati, melissa in affectibus cordis.
Olei laurini, oleum cedrinum, vel cicinum.
Olei omphacini, ablutum oleum dulce.
Olei rosati, violatum, amygdalinum.

Ole

Olei cicini seu ricinini, rhaphaninum.
Opobalsami, apocalpason, vel myrrha stactæ.
Orizæ, farina hordei.
Oesypi, medulla cerui.
Omphacii, succus rhois, id est sumach, vel vinum austerum.
Piperis longi loco, album.
Piperis albi nigrum optimum, id est grauissimum.
Petroselini Macedonici in Theriaca, alterius regionis petroselinum.
Pompholygis, spodium & antispodium.
Rubiginis loco, scoria ferri.
Rhaphani seminis, succus.
Rosarum, flos ipsarum.
Rhois coriarii, rhus obsoniorum.
Staphydis agriæ loco, pyrethrum.
Struthii in sternutamẽtis helleborus albus.
Spodii antispodium aliquod, pompholix.
Styracis, castorium, nisi odor quæritur.
Salis indi, saccharum candefactum.
Sagapeni, ammoniacum.
Spumæ nitri, nitrum, aphrolitrum, modo non sit in corpus recipiendum.
Sulphuris viui, coctum & vstum.
Satyrii, semen erucæ, scincus.
Sinapis, cardamomum, vel cardamum.
Scammonii, ricinus.

Stibii contusi, squamma æris, stannum vstum.

Sepiæ ossis, pumex.

Scillæ, pancratium.

Terebinthinæ loco, larix seu laricea resina.

Thapsiæ succi, cardami vel erucæ semen foris, adhibetur.

Veratri albi loco, nigrum.


Vini salerni, quoduis fuluum, tenue, perlucens, odorum vehementer.

Zingiberis loco, pyrethrum foris adhibetur.

Quia autē ratione pro desideratis istis, alia hic ascripta supponi possunt: ita & contrà si quod horum suppositítiorū desideretur & aliorū est potestas, in horū vicem ponētur, potest quiuis alia multò plura pro variis locis & effectibus & hominū proprietate facere antiballomena, sed nolim pharmacopœo licere vel clementissimum mutare sine docti medici consilio, ne audaculus fiat etiā in aliis. Quomodo enim pluris est rex ipse quam prorex: sic maiorū est virium & cōpositioni propositæ aptius simplex quod à maioribus est ascriptū, quàm quod illius pœnuria supponitur. Sit itaque religiosus & formidolosus in his permutationibus tam medicus quàm pharmacopœus.

De

DE MEDICAMENTORVM SIMPLICIVM PRAEPARATIONE, LIBER SECVNDVS.



AEC pharmacopœæ pars vilis & hominis eruditi ingenio indigna nemini debet videri, cũ medicamẽtorũ cõpositorũ facultates propemodũ totæ ab hac proficiscãtur. Quæ enim vis, qs vsus simpliciũ medicamẽtorũ citra triturã, coctionẽ, infusionẽ, & alia plæraq; post dicẽda esse possit? Quæ mistio ad cõpositionẽ omnino necessaria sine his præparationũ modis fiat? Quã autẽ facultates nõ simpliciũ modò, sed etiã cõpositorũ, variẽt, vel sola præparãdi ratione tã apertè posteà cõdisces, vt neq; testibus, neq; demõstratiõe lõga opus sit. Quoq; difficilius fuit rẽ à nemine hactenus notatã ceu nouã excitare, & in hominũ manus & animos ponere: eò mea sentẽtia erit & præclarius. Quãquã enim Hippocrates, Galenus, aliiq; celebres medici, vt interim empiricos taceã, leuiter sim

simpliciũ medicamẽtorũ quorũdam præparationem attigerũt, & nonnullos se priores medicos de præparãdi ratione quædam scripsisse testetur Galenus: tamen nullus hodie extat quẽ sciam, qui hac de re aliquid memoria dignũ absoluerit: prxterquã quod pauca quædam, sed tamẽ legi dignissima, de quatuor præparãdi generibus, tritura, coctione, vstione, infusione, Mesues in sua methodo deligendi medicamẽta purgatoria & castigãdi perstrinxit. Nam quæ seruitor nescio quis partim ex dioscoride deprauauit, partim ex indoctis collegit quis ferat?

His nos rationibus cõmoti ex Hippocrate, Dioscoride, Galeno, aliisque permultis quorũdam simpliciũ præparationes passim dispersas, in ordinẽ congessimus, multas ipsi & inuenimus, & experti sumus, & à doctissimis hac ætate pharmacopœis didicimus. Quę dũ à nobis stilo mediocri scripta legis cãdide lector, tecũ reputa nos rudibus introducendis hæc scribere, quorũ captui seruire malui res nudas docẽdo, quàm singulorũ rationẽ prolixius afferre: quãuis & id ad rem propositã felicius absoluendã, plurimũ pertinere videatur. Porrò præparationẽ exequi statui medicamẽtorum simplicium tantum, non aliarum etiam rerum per quas omnes præparationis ratio & virtus spargitur: vt nih

nihil à natura gignatur, augeatur, aut alio quouis modo moueatur citra præparationē: nihil artes tā mechanicæ, quàm aliæ omnes tentant non adhibita prius præparatione aliqua, per quam ars ſæpè naturam vincere videtur.

Medicamenta præparare eſt, ipſa per artem vſui vel cōpoſitioni cōmodiora reddere, hoc eſt vel mitiora, vel valentiora, vel gratiora, vel ſalubriora, vel magis miſcibilia, & , vt paucis dicam, meliora vel ad vtendum vel ad componendum. Quędam enim vbi à nobis ſunt præparata, etiam citra compoſitionem mox vſurpamus. Plurima autē præparata ante vſum ad compoſitionem veniunt. Ad præparationis quoq; vim (de qua paulò poſt dicam fuſius) reducendum putamus cum vnam medicamēti facultatem nobis in præſens noxiam tollimus, vel optatā detegimus, vel nouam acquirimus.

At verò medicamēta omnis generis metallica inquā plantas, animantia, vel ex iiſdē ſæpè alimēta paramus interdum adhuc viuētia frequētius emortua. Terrā enim lemniā (quæ dum adhuc in colle eſt ex quo effoditur, velut in matre viuere videtur) ſacerdos Dianæ dum ſumit ſparſo tritico & hordeo piamēta ritu patrio faciens præparare videtur, vt hinc magnam virium ſuarum parte,

Lib.9. ſimpl.

niſi

nisi etiam vires suas omnes consequi putetur. Nonne arsenicum in sandarachã & sori in chalcitin, chalcitis in misy promptius in vena ipsa transibit si specum ipsum soli meridiano aperueris? Ratione eadẽ vomica hydrargyri si in solem erumpat tenuior euaserit, & sulfur in vesuuio vel alio mõte vstum minus quidem oleosum sed tenuius euadit. An non longa & asperrima hieme, qua ventres ac viscera terræ plus calidi habẽt, metalla omnia largius gigni & plenius augeri recipimus? Nam & mihi aureæ quædam velut arbores in durissimis quibusdam lapidibus visæ sunt, & velut quædam arbores ex auro & argento rudimenta, vt non ambigã quod docte Augerellus in chrysopœia scripsit, metalla in momenta gigni, nutriri, augeri, perfici, etiam si puteus Hannibalis, & metalla Iluæ Tyrrheni maris insulæ inexhausta, & alia plæraque huius rei testimonia dare, fidemque facere poterant.

In fossam super collem in Cypro pluuia recepta per venam misyos, chalciteos, soreos transfusa in specum subditum, quædam est chalcanthi præparatio aut verius generatio. *Lib.9. simpl.*

Viuentem raphanum insertis in eius radicem fibris aliquot hellebori nigri, purgatricem facimus, & fructus arborum purga-

torios scarificato ipsarum cortice quo tempore salnia conscendit & immisso in plagas scammonio ceraque super vulnus data & deligata.

Mesues in canonibus vniuersalibus.

Tempus præterea expectamus idoneum donec matura sint vel vigẽtia, vel sicca quæ lecturi sumus, & cælum plantæ propitium, sæpè etiam lunæ quadraturas spectamus, vt efficacior sit planta tunc collecta. Dum arbores ablaqueamus, dũ vites putamus, propagamus, sarrimus, decacuminamus, festucamus: harum plantarũ fructus non modo vberiores, sed etiam meliores reddimus.

Idonea victus ratione nutricis lac præparamus, vbi nutritius affectu aliquo laborat, quomodo & asininum Galenus libro, 7. Meth. & vaccinum recessu Tabiarum libro. Meth. quinto. Porcos, capros, arietes, tauros iuuenes castramus, vt eorum caro sit suauior, plenioris alimenti, coctu facilior.

Lib. 3. al.

Glandulæ mammarum præsertim vaccinarum & suillarum dum lacte suo tument, meliores quam exuccæ: vnde & sumẽ porcæ recens fœtæ à ganeonibus laudatum legimus.

Ibidem.

Coagulum in primo ventriculo animalium lacte nutritorum ex lactis corruptione genitum venatu animalis efficacius euadit,

dit, vt animalium prope omnium, non ſolum ferorum caro.

Gallum veterem venatu quoque exercemus, & meliorem ad purgandum clementer ſuo ſucco nitroſo reddimus. Vulpes ætate florentes venatu multò fatigatas ſi bene habitas, ſi oleo incoquimus, multo digerentius oleum efficimus. Si verò eas vuis impinguatas poſt vindemias capimus, eſui ſunt iucundiores.

Porci ſegetibus nutriti firma fiunt carne, glandibus verò præſertim faginis, laxa & fluxili & prompte liquabili.

Hircum quadrimum dum menſibus aliquot antequam iugulemus, herbis nutrimus calculum frangentibus, & vino albo generoſo potamus, hoc modo ſanguinem eius ad calculos in renibus præſertim comminuendos efficaciſsimum paramus.

Cancros dum Aeſchrion capiebat & vrebat poſt canis ortum, ſole leonem ingreſſo, die verò lunæ eius decimo octauo, contra rabiem hac ratione efficaciores ſperabat, hocque modo præparabat.

Viperas nō mox vbi latebris erepſerāt, ſed iam exercitas, iam conſueto ante hiemē alimento recreatas, iam ſuo exuuio inter lapidū coagmēta depoſito, velut rediuiuas Galenus vult capi, ſicque præparare incipit.

Pullas & capos iure & carne viperarum cum pane subactis nutriuit Matthæus Gradi. ad vsque deplumationem curaturus horum esu elephanticos.

Lib.3.ali. Gallinacius pane in lac acidum & serosum merso si ante nutrimus quã iugulemus, vt testes habeant gratissimos & præstantissimos, & si ante coitum ne virus ex semine oleant. Sic enim boni sunt succi, valide nutriunt, facilè coquentur ibidem.

Hepar συκωτὸν, id est ficatum præsertim suum ficis siccis multis nutritorum est præstantissimum, sic pastum iecur anseris albi, seu iecur anseris nutriti alimentis lacte imbutis suauius, coctu facilius, melioris succi.

Ibidem. Capra aut aliud animal scammoniũ aut tithymalos depastum, lac reddit phlegmagogum, & quod aluo pituitam deducat.

Stercus pueri ad anginam idoneis alimẽtis, & stercus canis ad alia esu ossium in viuis ipsis animalibus præparamus, & alia in his generibus plurima. Sed ad hãc rem hæc sufficiant ad probandum quædam nos cum natura viuis adhuc medicamentis præparare. Cùm verò hæc præparandi ratio, licet sit efficacior, tamen haud ita crebro in vsum venit, vt fortasse quis etiam præparationis nomine non esse accipiendam contendere posit: ob id de altera eius specie agamus,

Ibidem. *Lib.3. alium.* *Lib.2. simpl.*

mus, quæ omnino latiſsimè patet in ſingulis medicamẽtorum ſimplicium generibus. Fit autem hæc generatim quidem additione & ablatione, nunc ſubſtantiæ nunc facultatis, nunc vtriuſque, particulatim verò tritura, coctione, aſſatione, vſtione & cæteris poſt ſcribendis.

Ad ablationem verò reduci volo ſeparationem partium nunc ſimul manentium, vt in tritura, nunc à ſe inuicem abeuntium vt in deſpumatione, deſtillatione, ſuccorum & liquorum extractione.

In ſingulis autem differẽtiis quæ additio aut ablatio, aut additio & ablatio, vel ſubſtantiæ vel qualitatis, & eius vel vnius vel multiplicis fiat, abunde poſtea docebimus.

Nunc hæc omnes præparandi differentię quam facultatem habeant, & quibus modis perficiantur, ſingulatim dicamus, primumq́; de tritura omnibus prope communi non ſimplicibus ſolis, ſed etiam aliis præparationibus, poſtea de his quæ calore perficiuntur, deinde frigore, poſt hæc ſiccatiõe, Hinc humectatione & cæteris poſt elencho comprehenſis.

DE MEDICAMENTORVM *ſimplicium tritura.*

MEDICAMENTA teruntur, hoc eſt comminuuntur, percuſſu vel friatu *Meſues in canonibus*

idoneo, vt ſimul miſceri exactius poſsint, vel vt facultas ipſis noua conquiratur, vel vt malefica tollatur. Quos tres terēdi ſcopos in methodo medicamenta componendi fuſius explicauimus. Terendi autem modus plurimum eſt varius. Primùm quod plurima piſtillo ferreo, æreo, plumbeo, vitreo, ligneo vel alia conſtante materia in mortario fere ſimili materia conflato teruntur: ſed piſtillus ferreus & æreus mortario ferreo & æreo magis ſeruiunt: iiſdem & lapideo & vitreo mortario etiam ligneus, ſed plumbeus plūbeo, vitreus vitreo eſt aptior.

Secundo loco multa teruntur diu ducta ſuper lapidem durum, & marmoreum, porphyrium vulgò dictum: marinum, quem maris ſquammam vocant. Ducuntur autem ſimili lapide ſed paruo & manu concepto, quem molulam vulgò vocamus, quòd molæ paruæ is effigiem habeat, vt lapis ſuppoſitus, magnæ.

Tertio teruntur medicamenta quædam molis, truſatilibus vel verſatilibus, vt quædam etiam mole trinarum molis, qui modus Lugduni eſt frequens in terendis aromatibus, quibus conſtant puluis minutarum ſpecierum, & puluis ſelectus, quem finem vocant, & alii permulti ſuo cuique more commiſti. De hoc non ſum dictu-

rus

rus, sed de primo præsertim, & pauca de secundo.

Nec omittendum mortarii operculum saltem simplex aut etiam duplex, quale veteribus in vsu fuisse in nostra componendi medicamenta methodo commemorauimus, præsertim pulurantibus. Nam humida hoc non indigere videntur. Ad trituram quæ præparandi species reducendæ sint, ceu ipsi affines, posterius audies: vt quod quædam rapaci serra comminuuntur, alia minutim conciduntur, vt promptius teri possint, vel humori cui incoquuntur vires suas tradere.

Non modo autem instrumentis variat terendi modus, sed etiam ipsius percussionis vigore & tempore, & rerum terendarum situ, & connexione, & futura consistentia. Quædam enim per se omnino sunt terenda, alia cum aliis quibusdam, ipsorum trituram sæpe etiam facultatem iuuantibus: alia tum per se, tum cum quibusuis teri possunt, & hæc omnia tenuissime vel crassius. Item quædam diu terenda sunt, alia trituram breuem vix & decoctionem sustinent. Item alia valenter tundenda, alia tantum clementer frianda, ducto per mortarium molliter & nunc celeriter nunc segniter pistillo, interdum & valenter.

Prętereà attritu cuiq; moderato nō autē vehementiore aut immodico sunt verberanda. Violento enim ictu & nimis diuturno examinātur, viribusq; dissolutis lāguēt, magis tamē tenuia, rara, facultatem imbecillē aut superficiariā sortita, minus contraria.

De his autem omnibus agam singulatim, vbi docuero quibus horum modis, & quot singula medicamentorum simplicium genera terantur initio à radicibus sumpto.

Communis tritura radicis. Radicis si crassæ sint nec adeò siccæ in particulas sectæ, & aliis siccioribus particulatim adiectæ, multis scilicet paucæ, puluerantur cum ipsis: si autem sicciores sunt, aut per se aut simul puluerari possunt sed ante vel cultello concisæ, aut forficibus aut manibus fractæ, nisi siquas ante ad siccandi necessitatem consyderamus in taleolas.

Diutius autem terendæ sunt quæ crassæ, duræ, solidæ, densæ, neruosæ, membranosæ, & fractu contumaces, si in puluerem mollissimum comminui consilium est. Interdum enim minus teri volumus, præsertim dum ad coctionem tantum eas apparamus. Tales fere sunt radix acori vtriusq;, omnis aristolochiæ, althææ, bryoniæ, costi, helenii, gentianæ, polypodii.

Parum diu verò terantur cōtrariæ, etiam si leuissimum puluerem requiris: quales sunt

radix calami odorati, officinarũ, hellebori vtriuſque, hermodactylorum, pyretri, & mediocriter quæ in harum ſunt medio radices, vt apii, aſparagi turbith, behẽ vtriuſq;, dictamni vulgaris, doronici, fœniculi, galangæ, glycyrrhizę, graminis, ireos, petroſelini, pœoniæ vtriuſque, Rha barbari.

Herbæ item teruntur, nunc virides nunc ſiccæ, & ambæ vel crudæ vel coctæ, vel crudæ ſemel, iterum poſt coctionem, idque in vſus varios. Nam virides ferè teruntur in ſuccum vel cataplaſma crudum, coctæ verò teruntur, vt vel in apozema exprimantur, vel in cataplaſma cernantur, præſertim ſiquid durum aut lignoſum ſint ſortitæ. At ſiccæ teruntur nunc in coctionem ſed negligentius: nunc in puluerem, diutius quidem craſſæ, duræ, denſæ, lignoſæ, lentæ minus coutrariæ. Quæ dum ad conſiſtentiam qua cerni poſsint cribro hoc, illo pro ſcopis medicorum variis, peruenerint, teri deſinunt. *Herbarũ.*

Herbæ tamen propemodum omnes ante vel ſecãtur, vel manibus frangũtur quàm terantur: terunturque ferè mediocriter, & cum foliis interdum, etiam cum floribus. Sed tunc paulò minus diu terendæ, vti & adiãtha omnia, calaminthe, maiorana, origanum, roſmarinus, thymum, pręſertim cum

hæc postrema sunt florulenta.

Florum. Flores prope omnes siccati, parum diu te rendi, quia cito puluerantur, & facilè puluerando exanimantur ac exhalant.

Vt crocus	Nymphææ vtriusq;
Epithymum Græco-	Periclymeni
rum & Arabum	Rosarum omnium
Genistæ flos,	Schœnuanthos
Leucoiorum omniũ,	si ipsum haberi
Meliloti,	possit.
Rorismarini;	

Si verò cum herbis ipsis expetantur, flores paulò diutius propter herbas & harum surculos, quibus hærent adhuc, terẽdi sunt, quam si ab his essent secreti, vt absinthii coma, anethi coma, abrotani coma, chamædrys, chamæpitis, eufragia, melilotus.

Adde quòd floris nomine hoc loco venit non modo quod in medio est, magna ex parte croci capillamẽtis simile, sed etiam folia id ipsum ambientia, nunc alba, vt in chamæmelo, nymphæa alba, rosa alba & moschata: nũc lutea, vt in nymphæa lutea, chrysanthemo: nunc rubra, vt in rosa rubra, in balaustio: nisi quòd croci nomine tantum capillamenta (quod ea in vsu sint sola) intelliguntur: vti & Galenus sæpe in comp. ph. p. florem rosarum appellat, non folia illa ampla, sed in medio capillamenta.

Mu

Multum autem terenda sunt chamæmelum, quanquam id essentiæ tenuis sit, quia tamen densum est, & odore vegeto ac diuturno: ac etiam stœchas Arabica vulgo dicta, vt etiam cum primis, vt Turbith, cœpta teri, ad postremũ adhuc semitrita appareat, & item heliochryſos, stœchas citri vulgo appellata, & spica nardi, in quãcunque plantarum partem reponatur, etiam si prius minutissimè incidatur.

Balaustium quoque, diu teri debet ob lignosa sua folia, quod autem intus est fibrosum si per se terendum sit, promptius multò dissoluitur.

Capparis flos, siue adhuc gemma sit, siue iam apertus, siue iam in fructum seminis plenum excreuit, ferè muria conditus in vsum venit, & eius loco flos genistæ aceto & sale conditus.

Si tamen siccatur, mediocriter diu teretur, & flos lupi salictarii foliosus, qualis etiã vlmo est.

Caryophylla crassæ substantiæ ægre teruntur, siue flores sint, siue aliud.

Rosæ igni vel sole inter papyros siccatæ, forpicibus minutim concisæ, per se aut cum aliis teruntur: cum aliis autem etiam citra siccationem illam, atq; adeò recentes solum sectæ, quomodo & quosdam incidere

non

non terere tamen, vt saccharum rosatum fiat, scribit Mesues. Cum verò specimen edis, ne sicca: sed cum aliis tere, vt vites calumniam.

Fructuum & semin. Semina prope vniuersa medio inter radices & herbas modo puluerari desiderãt. Ob id cum omnia hæc simul terenda veniunt radicibus iam cœptis comminui, semina inii ciantur, quibus etiam abunde iam comminutis, herbæ minutim concisæ adiiciuntur, & omnia simul conteruntur.

Talia sunt	Eruum
Agnus, Apium	Erysimum
Amomum	Fœnum Græcum
Anisum	Linum
Anethum	Lithospermum
Ammi	Lupinus
Basilicum	Lens
Carum	Melanthium
Cardamomum	Psyllium
Coriandrum	Papauer
Cuminum quando autẽ vreticũ volumus multum territur	Seseli
	Staphys agria
	Sinapi
Coccus baphica	Thlaspi
Eruca	Vrtica

Et ex fructibus pilulæ cupressi, colocynthidis medulla siccata & minutim secta, Carpobalsamũ, cubebæ, galla, nux moschata,

ta,piper,& præter hos dactyli,iuniperi baccæ.ficus,zizipha,mixa,pruna paſſa,vuæ paſſæ:quanquam fructus hi molles ſint,purgati tamen nucleo & inciſi cum aliis quo dixi ordine teruntur, ſi in compoſitionem veniant:& in puluerem abeunt,ſi pauci ſiccioribus multis miſcentur, aut triti cernuntur per cribrum magnum,aut cochleari ad mollem medicamenti formam,vt dactyli in diaphœnico.

Myrobalanos verò omnes multum tenuiter conteri iubet Meſues, quando earum ſubſtantiam in corpus rapi volumus, & viſcera ipſa aſtringere, & contrahendo velut obſtruere conſilium eſt. Eadem ratione rha barbarum.

Siccata diu in ſole ſemina cucumeris,cucurbitæ,melonum & ſimilia,quæ poſtea cultello concidi docebimus,per ſe in farinam puluerantur.

Ex ſeminibus autem coriandrũ, cardamomum iam maius,id eſt,granum paradiſi, quam minus, lithoſpermum,& cuminum,vt ſit vreticũ,& ex fructibus myrobalani Arabum omnes vt nuper dixi,ac folliculi ſennæ tam diu quàm radices ipſæ teri poſtulãt:ob id cùm ipſis iniicienda.

Quæ verò ſeminum vel fructuũ medullæ ſunt oleoſæ,vel cultello ſuper papyrum

identidem mutandam incidantur, vel cum saccharo purissimo & siccissimo pauco seorsum terantur. Tales sunt medulla seminis cucumeris, cucurbitæ, citreoli, melonis, bombacis, cnici, staphydos agriæ, & fructuũ medullæ, amygdalarum, anacardorum, balani myrepsicæ, pineorum nucleorum, pistatiorum, castaneæ, auellanæ.

Nux autem moschata ferè postrema iniicitur, vt in puluerẽ minutarum specierum. Nam si prima iniiciatur, reliqua puluerari prohibet, suo lentore oleagino.

Semina prædicta incidi solita, si humidis miscenda sunt, per se teri possunt, si siccis, cum horum multa copia semina hæc pauca teri possunt, vt succus glycyrrizæ, bdellium, sacci, liquores prius particulatim concisi, possunt etiam (vt dixi) diu insolati per se puluerari.

In diapruno quoque semina frigida maiora & similia si addantur, cum saccharo multo hæc pauca teri possunt: sic in diaphœnice amygdalæ possunt incidi, vel cum saccharo teri. Sic papaueris semen quidam per se parum prius in mortario quassant, vt verberatum excipiat cultelli. Deinde cultello, vt prædicta incidunt.

Hæ verò medullæ si cõpositis cardiacis sint miscẽdæ, vtendi tempore incidantur & mi

miſceantur potius quàm cum aliis terantur. Nam vix bene menſem vnum ſeruantur integræ, ſed ranceſcunt, & compoſitum vitiant, niſi parcum ſit compoſitum, & mox abſumendum.

Succi ſiccati, liquores, gummi, reſinæ ſi recentes ſunt, ob id humidi & molles, electa *Succorum & aliarũ plãtæ partium tritu ræ.* riis mollibus, catapotiis, vnguentis, ceratis, emplaſtris per ſe miſceri poſſunt, vel cum aliis mollita & ſubacta, vel aliquo hîs remediis idoneo humore ſoluta.

Vbi verò iam paulò mediocribus ſicciores euaſerunt, vt iam comminui poſsint, in mortario, interdum quidam horum friantur magis attritu blando piſtilli, præſertim calfacti clementerque ducti per fundum & latera mortarii, quàm verberando tundantur. Nam ſub violento ictu lateſcunt, mortarioq; contumaciter hærent lentore omnibus communi, his tamen maiore quàm illis, ac exhalant, exanimanturq;. Quod ſi immodicè ſiccata ſint, quanquã tunc facilius puluerantur, tamen velut exanimata, & viribus priuata reiiciuntur.

De moderate ſiccis igitur aut paulò ſiccioribus nobis ſermo eſt futurus.

Scammoniũ igitur (eſt enim id aliquando ſuccus, vti etiam Meſues docuit, ſed multo inferius ſcãmonio liquore) & ſiqui ſimiles

les ſucci ad conſiſtentiam tam corpulentam ſiccando ducuntur, per ſe friando in mortaria teri poſſunt: ſed ferè longius requirunt tempus, & ſi parua ſit copia, bonam ſui partem mortario affixam relinquũt: quod damnum in magna mole negligimus, tamen multò ſatius eſt in eo mortario prius amygdalas triuiſſe, præſertim vetuſtate oleaginas, quæ ſuo lentore liquido ſuccos adhærere prohibeant. Id quod piſtillus oleo intinctus, vel oleum paucum mortario infuſum & aliquandiu piſtillo ductum per mortarii fundum, & latera præſtabit diutius & felicius. Sit autem oleum vel dulce, vel amygdalarum dulciũ, niſi ſuccus aſtringens omphacinum magis poſtularit. Id verò oleum ſuccos adhærere non modo prohibet, ſed virtutem ipſorum exhalare, & pollinem tenuiſsimũ euolare nõ permittit. Adde quod trituram & breuiorem & commodiorem & faciliorem reddit: Qualem vim Galenus opobalſamo tribuit in terenda Theriace. Acacia tamen noſtras etiam ſiccior frangi contumax eſt, vt minutim ſit potius concidenda, & particulatim miſcenda puluerandis aliis.

Aloë verò cum friãdo teratur, percutiendo autem hæreat mortario, verum eſt Meſuæ de ipſa dictum quod friabilis ſit ſimul

&

& tenax ac glutinosa, quod etiã digitis explorabis. His enim friabilis eſt, ac his hæret ante & poſt friationem.

Succus glycyrrhyzæ,& hypociſtis,& lyciũ noſtras piſtillo calfacto ſiccatur & friatur, niſi admodum ſint recentia & præhumida, vel minutim ſecta: tunc additur, cũ aliis puluerifatur, cum ea ſunt iã cerni apta, alioqui ſemitrita in compoſito apparent.

Ex liquoribus quoque qui ſunt ſicciores ac minus glutinoſi, per ſe friari poſſunt, vt opus Cyrenaicus, euphorbiũ, thapſia, & (vt dixi) ſcammonium cum oleo amygdalarũ dulcium friatur, non teritur.

Opium verò cum aliis ſiccioribus particulatim iniectum comminuitur, vt cum humidioribus diſſoluitur, quomodo opopanax, galbanum, hammoniacum, ſagapenum, ſi pauca quantitate multis aliis ſiccioribus particulatim coniiciantur, cum his puluerantur, vt in hiera diacolocyntidos ſicca, alioqui humore aliquo idoneo, vt aceto, vino diſſoluenda, & calfacta colantur, poſt percoquuntur ad competentem rei propoſitæ conſiſtentiam.

Purgata eadem à lignis & cæteris excrementis piſtillo calido quibuſdam molliuntur ad fingenda catapotia, & emplaſtra: ſed hoc modo ferè impuram reddunt compo-

fitionem. Vel dissoluuntur humore idoneo,& colantur per stamen. Sed tunc quantum excrementi colando sit abiiciendum conie&a, & ob id largiora quàm scriptura postulabit dissolue.

Lachrimæ denique tam resinosæ, vt mastiche, terebinthina, pinea, laricea, abietina, strobilina, colophonia: quàm gummosæ, vt gummi Arabicum, tragacantha, cancamum, myrrha, bdellium, styrax, sarcocolla, thus, succinum, gummi, amygdalorū amborum, cerasi, pruni, hederæ, iuniperi, multum siccatæ, friādo per se, aut cum aliis excepta mastiche & pinea, pulueranter: vt cæplura quoque, siue ea sit gūmi, siue succus, siue factiuum aliquid: Eædem verò lachrimæ recentes aliis liquidioribus, excepta mastiche, mistæ dissoluuntur, vel medicamenta alia paulò sicciora dissoluunt.

Quod si lachrimarum aliquæ suo lentore mortario hæreāt, oleo pauco ipsum prius illinendum est, vt si myrrham veram necvetustate ita exuccam teris: nobis enim consuetior myrrha, maximè est per se pulnerabilis Adde quod mastichæ sicciori ne exhalet aut euolet, aquæ rosaceæ paululum affundi potest, & aliis horum r. siccitatem maximè friabilibus. In emplastra tamen satius est mastichen & myrrham pul-

uer

uerare.

Ad hæc gummi Arabicum & tragacantha, si prius pistillum & mortarium calefeceris, multò promptius friando pulucrantur. Citius adhuc si paucum aquæ vitæ inmitas.

Thus teritur, solum non resoluitur quibusdam, sed aqua & aceto resolui in emplastri cõsistentiam & oleo, sed tunc coalescere grumis non potuit.

Mastiche teritur cum pauco oleo in catapotiis Hermetis ex trocischis colocynthidis.

Myrrha vera primo die crassius teritur, postridie tenuissime pulueratur: sic bdellium, thus, vtrunque siccius, sarcocolla, styrax, euphorbium, ladanum tempore aut pistillo & mortario calido siccatum pulueratur, recens verò soluitur oleo calente, vel alio liquore idoneo.

TRITVRA LIGNORVM
& Corticum.

LIGNA vt agallochũ, aspalathũ, gaiacũ, santala, xylobalsamũ, & lignorũ cortices, vt cinamomũ, casia, cortex radicis oxyacanthæ, tamaricis, capparis, quãtũ radices teri postulant: stipitum eadem ratio est & malicorii, quod est mali granati cor-

tex lignoſus, ſed macis: moſchatæ nucis cortex medioctiter diu terendum eſt.

Corticis autem radicum apii, petroſelini, fœniculi, raphani, ſimiliũ herbarum tritura in herbis ipſis eſt declarata. Turbith mediocriter terendum Meſuæ eſt.

Ne mireris autem cinamomum omniũ æque calidorum tenuiſsima ſubſtantia prę ditum, diu terendum. Id enim fit, quia interno cortice multũ fibroſo & neruoſo eſt fractu contumaci.

METALLICORVM ET TERreorum Tritura.

Lib.3.c. ph.g.

METALLICA omnia quia terreſtris ſunt ſubſtantiæ ob id craſſarum partium, in profundum, vt ad punctum neruum penetrare non poſſunt.

Quapropter illis tenuitatem comparamus, ſubigentes diu in ſole æſtiuo cum aceto vetuſtiſsimo, acerimo, tenuiſsimo (quod fit ex vino non auſtero) vini qualitatem, nihil vel minimum guſtu referente: quæ quãto pluribus diebus teruntur, tanto ſunt tenuiora, ob id melius purgãt, tenuant, ſiccãt.

Ex vino autem ſimiliter trita, dein ſiccata ſole, vel ſi aliud eſt tempus, igni, ſunt meliora ducendis cicatricibus.

Lithargyros friatur, nõ tunditur, ne plũbum eius ſi chryſitis eſt parcius, ſi argyritis

largius latescat, quod cernendo per pannum rarissimum remanet: scoria autem eius lotione separatur, & sic emplastra fiunt alba.

Lapis armenus si inuenitur, ad lotionem teratur in mortario lapideo, idque diu satis: sed lapis cyanus seu stellatus longiorem sustinet trituram Mesuæ. Teruntur in mortario marmoreo albo prius per se vniones, corallia, ne odorem, colorem, saporem, alienum trahant. Lapidum preciosorum sapphyri, hyacinthi, granati, smaragdi fragmenta postea super lapidem porphyrium affusa pauca aqua rosarum, vel borraginis vel buglossi tenuissime friantur. Sic enim fit vt promptè distribui possint, nec obstruāt, adhæc nullam mortarii partem terendo deradunt, quæ puluerem augeat. Qua de causa etiam Galenus simplicia ad theriacam in pila Aegyptia durissima conteri iubet. Per se etiam teretur vnguis odoratus.

Partes animalium, aut animalia tota si assatione, vel vstione, vel aliter multum siccatæ sint, pulu erantur aliorum modo: si humidæ & molles sunt, paucæ cum multis siccioribus teri possunt, aut sine his teruntur, & per cribrum cochleari cernuntur. Quædam etiam liquari possunt, vt adipes, me- *Tritura partium animalis.*

dullæ œsypus, deinde colari.

Stercus canum, luporum, infantum siccatum etiam puluerabile est, & cantharides repositæ & castorium siccius, sed inefficaciùs, & cancri fluuiatiles vsti, hirundines vstæ, lepus vstus, renes scincorũ sicci, iecur lupi siccatum, pulmo vulpis siccatus.

Fel autem ferè aliis siccioribus dissoluendis miscetur, raro siccatur.

De vnionibus qui sunt velut concharum quarũdam partes dictum prius est, & de vngue odorato. Sanguis hirci siccatus facilè puluer atur.

Dentes apri, lucii, elephantis limandi aut radendi, post terendi potius quàm vrendi, si vires eorũ integriores postulas: sic ossa alia & cornua, vngulæ. Tamen hæc vrenda interdum, vt in vstione audies.

Ambra interdum minutim concisa iniicitur in humorem calidum, vt in eo liquetur, vt in Anti. diacoccu baphices interdum teritur, deinde dissoluitur affusa aqua rosatum, vt in Anti. alepto moschata, & in aliis multis, interdum prius in mortario teruntur duæ tres amygdalæ, sic moschus caphura.

Os à corde cerui, ebur, pudendum cerui, tauri, cornu cerui, rhinocerotis, & similia prius rasa, post concisa minutim cum aliis ter

teruntur, quædam etiam vsta promptè pulverantur.

NVNC AD ID QVOD INITIO *propoſuimus reuertamur.*

Terenda per ſe.

Per ſe terenda ſunt primum metallica omnia & terrea, vt lithargyros, arſenicon, ſandaracha, æs vſtum, ſquamma æris, ſcoria æris, ærugo, chalcitis, ſori, miſy, melanteria, chalcanthum, cadmia, pompholix, ſpodium, ſi hæc duo non ſunt ſatis læuia, plũbum vſtum, ceruſſa, ſulfur, alumen, nitrum, ſal quiuis, ſtimmi, chryſocolla, gypſum, pumex, cyanus lapis, armenus lapis, calx, lapis ſpongiæ, iudaicus, ſmyris, aetites, magnes, hæmatites, ametiſtus, amianthus, gagates, iaſpis, ſapphyrus, hyacinthus, pyropus, cranus, ſigillum lemnium, terra Cimolia, Cretica, Armenia, corallium quoduis. Poteſt tamen ſimul metallica multa aut terrea terere, non autem cum partibus plantarum, aut animalium. Hæc autem ferè teruntur ſuper marmoreum lapidem, aut porphyrium, aut marinum, aut alium ſimiliter durum.

Poſſunt tamen & in mortario teri partes plantarũ ſimiliter duræ, anacardi in confectione anacardina Meſuæ.

Aloë, ſcammonium, ſaccharum & ſaccharata, penidia: nam alia reddit glutinoſa

saccharum,& ea teri prohibet mastiche.
Rha barbarum.
Spodium Arabum. Caphura.
Gummi Arabicum & sarcocolla.
Tragacantha, thus magis, sed tragacantha incisa etiam cum aliis teritur ne euolet.
Ambra,moschus,Schœnuanthos & festucago,crocus.
Semina pusilla,vt papaueris.

Hyoscyami,maioranæ,portulacæ,amomi vulgaris. Hæc enim si cum aliis terentur, pistillum eludũt,præsertim quæ cum paruitate sunt læuia,& propè integra manent. Illorum autem pars bona,si cum aliis durioribus & teri contumacibus terantur, euolant & exhalãt,priusquam sint propè cõminuta.

Animalium partes duræ vstæ, vel rasæ vel limatæ, ossa, dentes, cornua, vngulæ ebur,spodium vulgi vel est ebur,vel os elephãtis,vel alterius grandis animalis vstum, ventriculus interior gallinarum, res Galeno damnata,cerebella passerum siccata, iecur lupi siccatum,pulmo vulpis siccatus, stercus canum, & luporum & infantis, mumia, pissasphalthum Dioscoridis putata,sanguis hirci siccatus, sanguis draconis dictus, cantharides, sericum vstum, vel incisum, moschus,margaritæ,testæ ouorum, ostreorum vstæ,vel limitæ per se teruntur.

Cum

Cum aliis quibuſdam ſæpe ipſorum tri-turam, ſæpe etiam facultatem, colorē, odo-rem iuuantibus teruntur ſimplicia plurima, & compoſita quædam, vt moſchus, ambar, maſtiche ſiccior, & alia eiuſdem generis ob ſiccitatem friabilia, teruntur aqua roſacea pauca affuſa ne portio tenuior euolet. Sunt qui & maſtichæ oleum nucum af-fundunt, vt in catapotiis Hermetis apud Meſuen.

Cummi Arabicum & tragacantha ci-tius teruntur aqua dulci, roſata, vini, ſeu vitæ pauca affuſa ſi affectus non repu-gnet: aut piſtillo & mortario calefactis ad promptiorem ſiccationem, hincque albio-ra euadunt.

Tragacantha etiam, vt os à corde cerui, raſura eboris, cornu cerui & ſimilia minu-tim conciſa, etiam cum aliis ſiccioribus teri poteſt.

Tragacantha verò & penidia ſi morta-rio & piſtillo bene ſiccis cum aliis terentur, minus eorum perit & exilit.

Myrobalani ſiccæ quales ad nos ferè aduehuntur, affuſo pauco oleo meliores redduntur, non exhalant, promptius te-runtur: vuæ item paſſæ & mel cum ipſis tri-tum ne ventri hereant & ipſum conugent, impediunt.

Scammonium cum oleo amygdalarum dulcium friatur.

Colocynthidis medulla prius modice pistillo fracta, vel potius minutim forpicibus incisa teritur affuso paulatim oleo pauco dulci, vel amygdalarum dulcium, vel rosato. Sunt qui ipsum pistillo vel mortario alliniunt, alii amygdalas aliquot prius in mortario terunt, alii papyro inuolutam sole ardenti vel igni è longinquo parum diu siccant, vt crocum, rosas. Posteà etiam per se facilius puluerant, vel cum aliis siccis siccatam forpicibusque sectam terunt. Aliis in trociſchos prius fingunt, quales allandal Arabes vocant, priusquam puluerent.

Quæ necessitas agarico adest, prius enim serra quadam rapaci negligenter separatur, post cum vino albo pauco quo zingiber purgatum sit maceratum in trociſchos formatur, siccatur in vmbra, pyxide vitrea reponitur, & cum opus est friando læuissimè puluerátur.

Caphura teritur in mortario, cui duæ aut tres amygdalæ prius fuerint astrictæ, aut in eo tritu, aut ipsarum oleum pistillo & mortario paucum sit illitũ ne terendo euolet ac exhalet.

Turbith quia per se tritum latescit (est enim gummosum si legitimum est) vbi est

mod

modice confractum, alia ei ficciora sunt mi scenda cum quibus teratur, vt piper, zingiber, & cætera in diaphœnico & electario Indo vtroq;. Per se autē cum amygdalis, vel oleo amygdalino pauco teritur ne exhalet.

Sericum crudū, incisum facilè teritur mistis tribus aut quatuor amygdalis, ipsum ne subterfugiat lentore suo cōtinentibus, & pistillo sistētibus. Sunt qui papyro inuolatum sole vel igni parū siccant, post minutim cōcidunt, & cum aliis leuissime terunt.

Cinnamomum cum paucis amygdalis terunt quidem in hippocraticum quod vocāt vinum, ne odoris gratia expiret.

Rha barbarum cum amygdalis facilius quidē teritur, nec euolat nec exhalat, sed minus fit purgatoriū: vt crocus iura minus tingit si ex oleo teratur, id quod quibusdā pro secreto est. Crocū enim ad iuriū, carnium & aliorū ciborum cōdimentum, vel etiam ad frontes librorū tingēdas nouo quodam modo terunt. Papyro enim interpositum, vel sine hac sartagini impositum igniq́ue admotum longule, sed parum diu, vel soli diutius siccāt, vt villosa eius natura prōptius terēdo rumpatur. Ne verò exhalet, ac vt promptius teratur, & coloratior euadat, olei dulcis paūxillum vt guttas. 4. 5. in vncias singulas affundunt, vel pistillo illinunt interdū tā lar- *Florum.*

git

giter vt improbè rubeat, ob idque ab archipharmacis damnatur. Sed vt sit coloratior, minus tamen tingere putatur quàm qui sine oleo tritus sit.

Opulentis, verò cum saccharo pauco potius teritur, si verò humorem alium olei loco acceperit, etiam coloratior euadit, sed humore in vaporem soluto flauitiem natiuam repetit, & minus vulgo probatur. Verumtamen croco nostrati hoc mangonio ad coloris gratiam opus est, ceu parum cocto ob soli & cæli naturam frigidiorem. Qui verò crocus à Galeno laudatus est colore flauissimo, odore vegetissimo, etiam diu postquam seruari cœpit, acquisititio hoc colore non indiget. Crocus verò vt spica, macis, colocynthis, sericum, rosa, & alia plurima ante trituram inciditur.

Euphorbium dum teritur per se puluisculo acerrimo in nares euolante & oculos, has partes valenter mordet, sternutamentoq; implacato hominem torquet, ob id ea molestia nouitios fatigat, vt sæpe illis nares sanguine fluant, plurimis caput vehementer doleat. Has autē ab euphorbio noxas prohibebis, si oleum paucum aut amygdalas miscueris, quæ lentore suo etiam puluisculum illigent ac retineant.

Sunt qui myrrham,bdellium,cancamum, gummi hederæ etiam ex oleo terant, ne tenuior portio euolet ac virtus exhalet, neue mortario hæreant.

Opopanax, galbanum, ammoniacum, ſagapenum, bdellium, ladanum,acacia vulgaris, opium, hypocyſtis, aſphaltum, ſiccior terebinthina, qualis frequens Venetias conuehitur, & alia non pauca ſuccorum liquorum & lachrimarum genera, vel minus ſiccata,quam vt per ſe puluerari queant, vel neruoſa & velut membranoſa & coreacea, & fractu contumacia cum aliis ſiccioribus teruntur, ſed prius inciſa, vel aliter in portiones paruas redacta, quantitate tamen parua multitudini aliorum ſicciorum immiſta paulatim cum illis puluerantur, vt in hiera diacolocyntidos, & aliis compoſitionibus multis, ſic Crocus,flores etiam recentes buglosſi, vtriuſque, roſarum & cæterorum. Sic Trociſchi Galliæ moſchatæ & alii, ſic Dactyli intus & foris purgati, ficus, vuæ paſſæ, myxa, zizypha paſſa, baccæ lauri, myrti, iuniperi, oxyacanthæ, viſci quercini, anacardi amygdalæ, auellanæ, ſtrobili, piſtacia, nucum reliqua genera & glandinum, ſemen cucurbitæ, cucumeris, melonum, citreoli, citri, cydoniorum, Sinapis,Cannabis,Cnici,xyli,ceraſi,pſillii,

Lin

Lini,& similia. Sic sericum, Lana, Pili minutim concisa cum aliis ficcioribus teruntur potius quàm vsta eadem per se: Nam vrendo vires amittunt priores & nouas ab igne,& iis quibuscum vruntur acquirunt, ob id non vrenda, nisi medicus doctus iusserit, vti nec ebur, cornu Cerui, capræ, rhinocerotis, pudendum Tauri, Cerui, siccatum.

Hæc enim vel in longũ rasa & incisa, vel etiam limata, vulgari lima, aut rapaci serra cum aliis ficcioribus pulue rantur.

Adde quòd quædam aut per se, aut cum humore aliquo teruntur, & cum eodem bibuntur vel aliter vsurpantur, vt vinca, coma amaranthi, cum vino, seseli, satyrion, pœonia gnaphalium ex vino austero teruntur & bibuntur.

Aristolochia rotunda ex aqua lupini cum posca bibuntur, aut cum melle linguntur, & alia permulta eius generis exempla apud Dioscoridem & Galenum in medicamentis simplicibus & compositis inuenies.

Sic bdellium saliua matutina & hominis ieiuni subactum digitis in emplastri consistentiã vsurpatur,& alia alio modo in vsum veniũt cum humore aliquo trita, vt in compositis latius leges.

Lib.3.c. ph.p. Ad aurium vlcera vino, vel dulci, vel aust

austero, vel veteri, vel medio ætate, vel aceto,& eo acido,vinoso,acri, pro scopis va riis ipsorum, remedia non simplicia solum, sed & composita teruntur, sic ad oculorum affectus collyria sicca ex humore idoneo te runtur,& applicantur & in aliarum partium affectibus similiter.

Clementer frianda in mortario quorum virtus attritu violento promptè exhalat, aut substãtia sub ictu valido latescit & mor tario hæret, aut quæ multum sunt friabilia vt caphura,ambra,moschus,mastiche,myr-rha,bdellium,thus,gummi iuniperi (verni-cem vocant) cancamum,sarcocolla,opus cy renaicus, euphorbium, aloë, scammonium, styrax calamintes,bolus Armenia,terra lẽ-nia, & terrea propè reliqua, & metallica, amylum,cerussa,quin hæc duo sæpe tãtum cribro affricamus,saccharum,sanguis draco nis,castorium,radix ari,dracontii hermoda ctylorum Hellebori vtriusque,turbith,rha barbarum,spodium,Arabum,trocischi aga-rici,dum scilicet quæ aliquãdo humida fue runt,iam siccata sunt.

Quorum siqua adhuc sint paulò humi-diora,pistillo & mortario calefactis, mox siccantur,& simul puluerantur, friando con tinenter. Quod auxilium succis liquori-bus gummis,resinis etiã mediocriter fluidis

confert: sed eò frequentius & diutius calefacienda & terenda quo illa fuerint humidiora, vt spes sit etiam oleum ipsum & terebinthinam venetam hoc ingenio pulueratum iri, atque adeò argentum viuum cum saluiæ succo.

Sed lapides prætiosi & metallica fœlicius puluerantur super lapidem marmoreum porphyrium, aut marinum per molulam ducta, liquore idoneo pauco, ne puluisculum euolet, idẽtidem affuso qui posteà euaporet.

Argentum viuum sublimatum & præcipitatum, cinnabrium vulgare, alumen scissile, quia cæteris tenuius sic puluerantur, vel etiam in mortario metallicorum aliorum modo.

Valenter tundenda reliqua vt quæ ob duritiam, crassitiem, lentorem, densitatẽ ægrè separantur vt radicum, corticum, lignorum, herbarum, seminum plurima.

Qualia sunt radices althææ, apii, asparagi, aristolochiæ, asari, asphodeli bryoniæ, behen, centaurii magni, cyperi, cyclamini, costi, calami aromatici, cucumeris agrestis, dauci, doronici, dictamni vulgaris, hælenii, eryngii, fœniculi, filicis, galange, gentianæ, glycyrrhyzæ, graminis, iridis, mandragoræ, nardi, petrosellini, pyrethri pæoniæ vtri

vtriusque, polypodii, zingiberis, cortex radicis capparis & tamaricis, & alii, & ligna omnia, herbæ item omnes præsertim siccæ, flores chamæmeli, schœnuanthos, & eius festucago nobis consueta pro flore, spica nardi, balaustium, caryophyllum, & flores reliqui tam recentes quàm sicci, semina anisi anethi, cari, cumini, coriandri, fœniculi, fœnigræci, lini, lupini, & reliqua, foliculi sennę & fructus reliqui, succi, liquores, gummi, resinæ in particulas sectæ, & aliis inter terendum particulatim adiecti.

Limaturæ & rasuræ, & rapturæ ossium, cornuum, pudendorum.

Quædam parum diu sunt terenda quia rara, tenuia, friabilia, virtutẽ superficiariam aut imbecillam sortita, quæ paucam sustinere trituram vulgus ait, viribus scilicet integris, de quorum quibusdam sic Galenus scribit lib. 4. c. ph. g.

Quæ ex succis & liquoribus, & lachrimis resiccatis proueniunt: vt myrrha, aloë, acacia, scilicet vera, & quæ his sunt finitima, ψαθυρά sunt, & facilè læuia fiunt, ac promptè in puluerem mollissimum abeunt, ob id non diu terenda, ne ipsorum & virtus exhalet, & substantia tenuior euolet, vt caphura, ambra moschus, & alia propè vniuersa, quæ clementer terenda scripsimus.

Quin & euphorbium parum diu terendum Mesuæ est, & spodium Arabum ex cannarum vstis radicibus: nam ex ebore vsto spodium, quod vocant, mediocriter terendum. Quod autem Græcis est spodium, id est cinerula, & huic affinis sed præstantior pompholyx non teritur, tantum linteo cernitur per lotionem, aut etiam sine lotione.

Adhæc quæ acria & facilè inflammabilia sunt, vt resinæ, liquores, gummi, quædam parum diu terenda.

Nam tenuem horum substantiam calor motu accensus dissipat, & reliquum inflammat.

Sunt præterea quædam tam friabilia, vt etiam digitis attrita læuigentur: vt agaricus bonus, ari, & dracunculi radix siccata, asphodeli radix vsta, quanquam illas multam coctionem sustinere dicat Mesues. Nam recentes intelligit non siccas. Sic amylum, cerussa, calx, ex teneriori lapide. Nam ex duriori vix hora post vna, etiam affusa aqua solui incipit, ea quæ ad lithocollam multò præstantior iudicatur, quãquam minus multò alba est.

Quædam multum diúque terenda sunt, vt compositioni sunt apta, & quæ crassa densa, dura, lenta, virtutem profundam aut

va /

validam, & ægre solubilem sortita, quæ multam sustinere trituram dicimus, viribus seruatis, vt metallica, lapidosa, lignosa, neruosa, membranosa: quæ tamen ob scopos medici varios nunc crassius, nunc in pollinem mollissimum terenda sunt, vt cum oculis applicanda, vel vreticis miscenda. Sic enim asarum, cuminum, & alia permulta leuissimè terenda sunt, cum per hæc obstructa expedire, distributionem alimenti in corpus iuuare, vrinas mouere consilium est.

Myrobalanos quoque omnes quando per earum substantiam viscera contrahi & roborari volumus, mollissimè teri iubet Mesues. Eadem ratione rha barbarum, quanquam tunc etiam magis, vreticum est, vt purgatorium magis, si crassius teratur. Quod autem purum est ac probatissimum intellige: nam rarius & laxius à vehementi & diuturna contritione resolutum exanimatur, virtutemque perdit Mesuæ. Sic radices aliæ etiam aromaticæ vt exactè puluerentur, diu terendæ sunt, acorus, aristolochia, bryonia, centaurium maius, cyclaminus, cucumis agrestis, Mesuæ, costus, cyperus, enula, galanga, iris, pæonia, pyrethrum, polypodium, zingiber. Pauca autẽ tritura fiunt læuia, agaricus trocischatus,

& radices aliæ clementer friandæ.

Metallica quoque (inquit Galenus libro quarto.c.ph.g.) galla, cytinus, malicorium, Aegyptiæ spinæ fructus & id genus omnia sunt δυσλείωτα, id est ægre læuia & tenuia puluerando euadunt. Metallica autem illa intelliguntur, lithargyros, arsenicum, sandaracha, æs vstum, ærugo, chalcitis, chalcanthum, cadmia, tam fornacaria quàm lapidosa, plumbum vstum, molybdena, sulfur, alumen, stymmi, chrysocolla natiua (fictitia enim facilius pulueratur) gypsum, cyanus lapis, & armenius: sed ille magis, & lapides reliqui, & bona pars aliorum quæ per se terenda diximus.

Colocynthis accuratissimè debet teri ob causam à Mesue dictam, in simplicium purgatoriorum facultatibus, etiam si ea ob valentem vim purgatricem prius vacuari, quàm amaritudo eius agat & tergeat, dicatur Gale.

Scammonium quoque exactè terendum, nisi cum in catapotia venit. Tūc enim crassius tritum diutius in ventriculo manet, potentiusque agit.

Sic ossa, cornua, etiam vsta, pili, lana, sericum.

Plenam quoque trituram sustinet centaurium paruum, etiā cum floribus, Mesuæ, her

herbæ etiam aliæ quæ ſiccæ ſeruantur.

Mediocriter puluerando terenda ſunt propè cætera, vt radices apii, aſparagi, aſari, niſi mouendum ſit lotium, cichorium, calamus aromaticus officinarum non teredinoſus, doronicum, dictamnus vulgaris, fœniculum, glycyrrhyza, gentiana, gramen, hermodactylus, iris, Illyrica & Florentina, meum, radix mandragoræ, nardi, œnanthes, petroſelini, plantaginis, phu, rubiæ, ruſci, raphani, rhapontici, zingiber, zurumbet, ſic herbæ acres & aromaticæ, vt hyſſopus, thymus, niſi mouere menſes, aut vrinas volumus, & ob id diutius terimus.

In ſumma, quæ diu coqui poſſunt, debent etiam & teri: quæ parum diu coquenda, parum diu terenda: quæ mediocriter illud, hoc mediocriter ferunt, ob id trituram nonnihil clariorem tibi reddet coctionis cognitio.

Nec te moueat quòd quædam audis parum & mediocriter, vel multum & mediocriter terenda. Nam cum huius medii magna ſit latitudo, in ea quædam ſunt extremis tam propinqua, vt vix ſecerni queāt. Sic agaricum mediocrem ſuſtinere trituram Meſues ſcribit, aliis placet paucam, non tamen paucißimam. Qua ratione etiam de primarum qualitatum ordinibus

dissidia scriptorum illustrium concilianda scripsimus in methodo medicamenta componendi.

Quædam tenuissime sunt terenda, vt promptius id actu fiant quod esse potestate dicuntur, vt quæ celerius in partes omnes afficiendi corporis permeent siue fermentationem (vt dicunt) quærimus, siue firmationem & robur, siue materiarum incisionem, tenuationem, tersionem, vacuationem per vrinas, menses, sudores, insensilem transpirationem. Sic cordi, hepati, & partibus cæteris internis, præsertim longè ab ore dissitis roborandis idonea, ab his vacuatura, obstructiones liberatura, vrinas aut menses motura tenuissimè pulueramus, vt essentiæ quadam tenuitate inde acquisita, & corporis sui mole exigua promptius per oscula vasorum angusta, & per corporis habitus poros sensum latentes permeent, agantque citius quod agere nata sunt: Ob id species omnes in hiera Galen. picra mollissimè terentur, & cribro serico cernantur, vt aloës & aliorum vis in angustos ventriculi & partium vicinarum meatus penetret. Sic in theriaca Mithridatio, aurea Alexandri antidoto, & similibus polychrestis compositionibus leuissimè terenda, vt promptius in se agendo & patiendo, velut fermententur

cit

ctius, & sint vsui. Dum enim recentia sunt hæc opiata medicamenta, stupefaciẽdi vim præpollentem retinent. Nõ tamen omnino tenuissimè sunt pulueranda: Nam sic eorum vis aromatica exhalaret.

Omnia stupefacientia dictis Antidotis, vel aliis miscenda, aut etiam per se vtenda, sunt tenuissime pulueranda, vt in paruos meatus & longe positas, profundasque partes stupefaciendas penetrare aut pertrahi possint.

Affectibus hepatis pulurata tenuiter debentur; tenuius lienis, tenuissime renum & vesicæ affectibus, vt per ora vasorum angusta subeant. Sicthymus, asarum, cuminum, & similia tenuissimè terũtur in aurea, in hæmagogo, in diacurcuma maiore, in dia lacha maiore, & aliis similibus: in aluum verò subducentibus diospolitico, cõfectione Hamech, electario. Indo maiore crassius eadem sunt terenda. Omnino etiam tenuissimè pulurentur debita affectibus oculorum, ne si crassiusculus sit puluis, aspera inæqualitate, & attactu oculi tunicas eximie sentientes dolore afficiat: præsertim si metallica sunt, aut lapides, aut similiter dura & sicca corpora. Saccharum enim candum, bolus Armenia, etiam si minus exacte trita oculo imponuntur, humore ex ipso

de lachrymante mox soluuntur.

Terenda quoque in puluerem mollissimum, quibus crassius tritis vis noxia & malefica inest, vt ea terendo vanescat, vt in colocynthide. Crassius enim trita cum sit, spõgiosa, humore superfluo imbuta tumescit, negotiumque tunc magnum facescit pondere, mole, morsu partibus quibus incubuit. Quæ incommoda puluisculis eius accidere nequeunt, quia humoris non sunt capacia. Crassius tamen terenda cum in trociscos alandal est formanda, sed ter quaterq́; pulerandi trocischi & reformandi, vt ea tenuissime tandem pulueretur. Eadem ratio est de agarico, substãtia illi simili. Sed cum sit non paulò clementior, trituram minus accuratam postulat.

Rha barbarum quoque curiosè terendum, quando viscera astringendo roborare, aut etiam vrinas mouere oportet, vti & myrobalani.

Quædam crassius terenda, quæ in ventre diutius morari volumus, nec prõptè vasorum ora subire: sic purgantia medicamenta crassius teruntur, vt in ventrem partẽ minus principem, & vacuationi expositissimã ex corpore reliquo trahant. Non autem ad partes principes tota ferantur, easque offendant cum ad has facultate aut saltem vapore

referri, vel quod plurimũ sit, portione paucissima sufficiat.

Crassius etiam teruntur, quorum virtutem multa tritura dissipari metuimus: sic scammonium vim purgatricem multa tritura perdit.

Eadem ratione stomachica crassius terẽda, vt mora in ventriculo longa coctionem fœlicius iuuẽt, neque cibo facilè vis eorum obtundatur. Quæ præterea sunt aromata virtutem colato datura, & odoris ac saporis gratiam nõ auctura substantiam: sic cinnamomum negligentius terimus, quo quæ colantur aromatizamus: & cardamomum: zingiber, caryophyllũ, macis, lignum aloës, spicam, crocum negligentius teris, per hæc & pannum rarum colaturus œnomeli.

Quæ item flatus dissipatura sunt, eadem ratione crassius pulueranda sunt, vt in diospolitico seu diacymino simplicia vt purgent, & diutius inflatus agãt, licet tardius & imbecillius quàm si tenuata magis essent. Id quod si fieret, parum diu flatus dissiparẽt, tum quod vires citius eis frangerentur, tum quod per vrinas mox secederent easq; mouerent, cum calida sint & tenuia.

Quædam præterea tantum crassius sunt frangenda ad vstionem futuram, vt lithargyros vrendus frangitur in partes magnitu- *Diosc. Gal. li.4. c.ph.g.*

dinis iuglandis, lapis phrygius, vtendus in partes nuci auellanæ æquales.

Quædam etiam teruntur vt purius lauentur, de quibus in lotionibus abunde.

Ex his patet eadem medicamenta, nunc tenuius, nunc crassius terenda pro varijs medicorum scopis, vt rha barbarum, asarum, nitrum, thymum, calaminthen, irin, hyssopum, pulegium, origanum, cuminum, curiosissimè teri volumus cum Galeno & Mesue, quando his vrinas mouere nobis studiũ est: negligenter verò, cum aluum mouere constituimus.

Sic scammonium, colocynthis, & alia valenter purgantia, nunc crassius cum illud in pilullas, hæc in trociscos transit: nunc tenuius ob dictas prius rationes. Rha barbarum tamen ferè tenuius teritur, vt colocynthis tenuissimè, cum mox & citra aliam per trociscos trituram sumenda. Scammonium quoque crassius teritur, si coquendum est cum aliis, aut diu ante vsum seruari debet medicamentum. Idque ne vis eius coctione per ignem aut longam fermentationem exhalet.

Et quæ partes remotissimas petere volumus, leuissimè: si eadem ventriculo, intestinis, & primis venis, hærere diutius, crassiusculè terenda sint.

Ex

Ex his omnibus ſimplicium ſimul terendorum ordo quidam inſtituitur, vt prima iniiciantur mortario & terantur craſſa, dura, lenta, vt radices, baccæ quædam. Semina prope omnia, vt quæ etiam glutinoſa medulla conſtant. Paulò poſterius aromatica etiam æque teri contumacia, vt iuncus odoratus, calamus odoratus, zedoaria, zinziber, galanga, iris illyrica & Florentina, ſeu noſtras alba, coſtus, & cardamomum, carpobalſamum, cubebe, piper, nux moſcata. Poſt hæc autem ſimul cum his xyloaloë, xylobalſamum, caſia, cinnamomum, caryophylla.

Deinde ſucci, liquores, lachrymæ pulue rabiles cum aliis de quibus ante, & quæ cum quibus aut per ſe terenda ſint, diximus.

Semina verò oleoſa, vt cucumeris, cucurbitæ melonis, citrioli, cnici, cydonii, piſtacia, ſtrobili, amygdalę, & ſimilia ſunt excorticanda, deinde incidenda ſcalpro, vt mox audies, ne puluerem reliquum glutinent, & per cribrum tranſmitti prohibeant.

Mineralia etiam ferè per ſe & ſeorſum teruntur, affuſa interdum ob eorum ſiccitatem aqua pauca, ne ſubſtantia eorum tenuior euolet, aut vis exhalet, vt ante docuimus. Chalcitis autem, chalcanthum, ærugo, ſulfur, ſandaracha, & alia quędã adhuc nonni

nihil humida, humectari nolunt.

De succis, liquoribus, lachrimis, & animalium partibus abundè prius est dictum.

Mortarium papyro vel corio etiam interdum duplici est tegendum (vt in Theriaces compositione diximus) interdum ne puluis tenuior, præsertim præciosus foras euolet ac pereat: interdum ne is qualitate malefica præditus nares batuentis mordendo male habeat, vt in Euphorbio & Turbith, & aliis non paucis euenit.

Ad trituram præparant, vel trituræ loco sunt attritio in cote medica, mansio, sectio, fractio, rasio, limatio, raptura.

Atterũtur in cote medica (qualis est tonsoria) cum albuminis oui liquido, vel lacte, vel succo rosarum, vel seminis fœnigræci, aut cydoniorũ, aut maluæ, aut althææ, ipsa collyria sicca, siue iam in pastillos formata, siue adhuc integra: sed tamen atteri apta, vt materia hæc tenuior & mollior cõtactu suo dolentem oculum non exasperet.

Ad attritionem confricatior amyli, aut cerusæ ad cribrum facta vt puluerentur, est referenda.

Manduntur ad oris partium, faucium, asperæ arteriæ, pulmonis, œsophagi, ventriculi affectus, vt ad dentium dolorem vinca, ligustri folia & germina, radix chelidonii,

nii, plantaginis, anemomes, Galeno manduntur in simplicibus.

Secantur radices crassiores, longiores herbæ, virentes ambæ aut siccæ, & flores magni, vt nymphéæ, rosarum, croci, & medulla colocynthidis, & acacia nostras, & troci. Galliæ: & capillatia, vt sericum, pili, lana: & ligna, vt gaiacũ, santala, bersilium: & ramẽta & velut bracteolæ ferramento abrasæ, cornuum, vngularum, ossium, eboris, pudendorum, coriorum, ichthycollæ, taurocollæ, & similium.

Secantur autem quouis ferramento incidẽte & forficibus: ligna autem etiam ligneo pistillo acies ferreas acutas habente. Horum verò quædam post sectionem in decocta & infecturas veniunt, vt gaiacum, bersilium, & quæ ex aliis voles. Alia, vt fœlicius & citius puluerẽtur, ante radũtur, post secãtur. Sic de fractione, rasiõe, rosione, raptione, limatione censendũ est. Ea scilicet nunc ad trituram interuenire, nunc ad coctionem tantum, vel vsum alium.

Scalpro autem sutorio huc illuc inclinato identidem ac recliuato, vel cultelli verberatu crebro, vel duobus tribúsue cultellis inter digitos manus, vel alterius tantum, vel vtriusque prǽhensis inciduntur minutissimè semina, oleosa & maiuscula quia sub

ictu

ictu pistilli latescunt & pinguescunt. Inciduntur autem aut per se prius tamen depellata, aut cum pauco saccharo, ne etiam sic immodice pinguescant & oleosa fiant, supponitur autem iis folium papyri purum, sæpe mutandum quando scilicet iam discissum est, & huic folio lignum læue & politum.

Sunt verò secanda hoc modo semina cucurbitæ, cucumeris, melonis, citreoli, bombacis, cerasi, pruni, amygdalarum, pistacior. strobunilorum, anacardorum, balani myrepsicæ, castaneæ, auellanæ, iuglandis, tribuli aquatici, cnici, staphydis agriæ, quæ aliter quoque teri posse prius docuimus in seminum tritura uniuersali.

Dactylos quoque intus & foris curiosè purgatos similiter incidimus, si condita cardiaca ingrediuntur.

Est tamen quando eos negligenter incisos cum aliis siccioribus terendos inicimus præsertim si pauci sunt & multum sicci, aliquando tantū aceto horas aliquot vt 12. maceramus, terimus, per cribrum cochleari, vel manu impellēte cernimus, vt in diaphœnico, in quo etiam amygdalas cultello depellatas cum dactylis aceto maceratis quidam terunt & cernunt.

Frangimus manibus tenera & minuta, vt herbarum pugillos intorquendo digitis

tis abrumpimus,& radices pusillas & fragiles,cortices parum frangi cõtumaces. Aegre enim fragilia ferramentis secamus, aut pistillis tundimus.

Raduntur vt ante dixi ebur, cornua, & vnguę,pudéda siccata,coria siccata,ichthyocolla,taurocolla sicciór,lignum gaiaci;bersilium, & quædam alia vt facilius vel coquendo vim suam humori cui incoquuntur, impartiantur,vel terantur. Raditur & cortex turbith exterior,donec album appareat, Mesuæ. Sic radix glycyrrhizæ, ante trituram raditur,& aliæ radices,& ipsarũ vt aliorum cortices, sed id ad purgationem magis pertinet,de qua posteà dicemus.

Raduntur quoque rapaci serra, lotus, lignum gaiaci, buxum, suber, ebur, & dura alia quæ etiam dum sera vulgari secantur, scobem reddunt non dissimilem illi quam rapaces serræ ac veluti rudes & crassæ limæ elidunt.

Ferri prætereà albi lamina tenui curuata,foraminibus multis exasperata cõminuimus affricando agaricum, nucem moschatã zingiber. Mala itẽ cydonia, vt succi hoc plus reddant,quàm si in mortario terantur.

Limatur prætereà aurum, argentum, æs, ferrum, chalybs, plumbum: quædam vt vrantur posteà terantur: alia vt etiam citra

vstionem in vsum veniant,vt aurum,argentum,sed horum duorum limaturæ loco satius est auri & argenti foliis vti. Limantur quoque ligna prædura,gaiacum,santala,bersilium,ossa cranii humani,dentes & maxillæ lucii,dentes apri exerti, & castoris, cornua cerui,capri,rhinocerotis,& vngulę quorundam ex his,ac ebur. Pudendum quoque tauri, cerui, ichthyocolla, taurocolla, quæ etiam radi & secari docuimus.

Rasio autem limationi finitima est,sed ramenta sunt maiora limaturis, quia horũ instrumenta sunt insignius,sed rarius dentata quàm limæ. Radendi quoque modus est alius in lignis edolandis,qui ad triturã quoque,& coctiones vsui esse posit.

DE CRIBRATIONE.

His terendi differentiis ordine optimo succedit cribratio,qua purum & minutius secernimus, quomodo pistores similaginem,& farinæ florem puriorem ac tenuiorem à furfurea & crassiore separãt. Cribrationis ratio eadem est quæ trituræ, ob idquæ tenuiter puluerãda,tenuiore cribro sunt cernenda: quæ tenuissimè,tenuissimo, vt pulueres dicti cordiales cribro sericeo,tafetum vocat vulgus, inter manus agitando cribrantur metallica ad oculos tenuissimè terenda,& cribro tenuissimo cernenda: sic

vri

vrinas mouentia, obstructiones liberantia. Contra verò quæ aluum mouere & purgare volumus, crassius terenda, & cribro crassiore ac rariore cribranda sunt. Et quæ per se teruntur si cribrãda sint, per se cribrãtur, vt metallica quæ aliis mista citius, & ante iustam puluerationem descendunt.

Cribramus autem interdum ad trituram meliorem, frequentius ad misturam aptiorem rerum iam mole minimarũ. Quę enim cribrum, non permeauerunt, trituræ reddun tur: quæ crassius terenda sunt rariore, vt dixi, cribro cernenda: quæ tenuius, densiore, vnde varia cribrorum multitudo fuit necessaria. Quædam enim cortice tiliaceo, angusto, sed æquali, cancellatim connexo constant cribrãdo scobe gaiaci, vel agarico infectorum, & similiter crassiuscule tritis idonea. Vidi & ex assiculo terebella passim pertuso cribrum argillæ colandæ idoneum, alia his minus lata habent foramina neque vt hæc quadrata sed rotunda, vel oblonga in pergamena circulo ligneo subsuta, quibus triticum, hordeum & alia cerealia, sæpe etiam legumina seminibus alienis, sed minutioribus purgamus. Hæc enim per lata foramina ob paruitatem facilè descendũt semina bona foraminibus maiora retinentur.

Alia seta equina in telæ modum cancel-

latim contexta constant, circulis duobus ligneis vtrinque tensa, quorum inferiore hæc præhenduntur, atteruntur, & impinguntur: superiore verò materiæ cribrãdæ continentur, horum verò cribrorũ copia & differentia magna est, & vsus plurimus. Quædam enim solum in medio ligneorum circulorũ habent velut telam illam equinã, & his manu tantum molliter succussis puluis in subiectum catinum ligneum, vel papyrum descẽdit, superna eius parte interim papyro tecta ne puluis euolet. Eoque vtimur in pulueribus parum prætiosis.

Alia præterea fundum & operculum habent exemptile, sed vtrunque corio verucino clausum, illò puluis per cribrum trãsmissus excipitur, & probè ne exhalet aut euolet cohibetur, hoc ne portio cernenda exhalet, aut euolet prohibet. In his verò multæ sunt in raritate & dẽsitate differẽtiæ, quarũ singularũ suus est vsus, non modo ad medicamentorum terendorum genera, sed etiam ad componendorum speciem variam constituendam.

In his item quædam telæ equinæ loco sericum habent (tafetum vulgus vocat) & id vel album pulueribus electariorum alborum, vt diatragacanthi diairis destinatum: vel rubrum debitum, pulueribus electario-

rum rubrorum, vt diarhodi, dia trium santa lorum, diacube, diamargariton.

Vsurpatur itaq; id cribrorum genus aliis pretiosius, ad pulueres etiam preciosos, & vt vocant cordiales, neque vt præcedentia setacea ligneæ mensæ, aut alteri solido corpori violentius impinguntur succusando, sed manibus tantum mollissimè versantur, vt sine violentia puluis tãtum tenuissimus descendat.

Est etiam linteum magis minus, rarum, densum, cribri loco in metallicis præsertim, & terreis corporibus: Latius autem, id est, remque cernendam comprehendit, ac inter pyxidis alicuius lignæ vel alterius, sed grandiusculæ operculum & corpus concluditur & constringitur, deinde vna manu ferè violentius succutitur super abacum pharmacarium, vncia vel simili pondere. sed plumbeo in linteum etiam prius immisso, vt id suo motu & pondere res has cerni difficiles, acceleret, quem cernendi modum ci cotrinizare vulgus vocat, voce ex κοσκινίζειν, id est, cribrare corrupta, & in id contorta.

Vt autem radices, herbæ, semina, fructus & alia plæraque cruda & cocta teruntur, etiã cribrãtur: sed ferè vi manus aut cochlearis quomodo cassiam & thamar indos sine

tritura cernimus: sic radices eryngii, satyrio rum, raphani, dracontii coctæ, tritæ, cribran tur in diasatyrio.

Sed hæc cribratio immoto fit cribro, quæ verò puluerum est cribratio, ferè fit cribris abaco incussis valenter, sed nume rose, vt tarantantara audire videaris. Alia cri bro manu suspensa agitato, alia vt cardiaca cribro inter manus versato, non in abacum incusso, ne etiam horum partes crassiusculæ vi impactæ per cribrum permeent. Alia pyxide duro corpori manu vna valenter allisa.

Cerusa & amylum, & cerusa serpentaria cribro efficantur manibus: sic quæ citra tri turam cernuntur.

Quæ autem cribrum non superauerunt ob crassitiem, teruntur donec ob tenuitatem tota cernantur: nisi quod dum paucissimum superat, idque tenuissimo proximum, cæteris iam cretis commisceri solet aut seruari, vt aliis eiusdem generis, vt posteà terendis & cernendis iterum misceatur.

Colatio cribrationi licet genere & natu ra sit affinis, quia tamen non est siccorum, sed magis liquidorum ob id in alium locũ referenda fuit tanquam dissolutioni, coctio infusioni, clarificationi, & aliis plærisq; præparationum differentiis necessaria.

De

DE DISSOLVTIONE.

DISSOLVTIO autem seu dilutio tritura quædam esse videtur, quod per hanc medicamenta tam simplicia quàm cõposita læuia fiant, sed adiecto humore aliquo, nõn etiã sicca permaneãt si prius erant, vt se ad triturã habeat hæc, quomodo colatio ad cribrationem.

Solutio igitur seu dissolutio, seu dilutio est medicamẽti vel simplicis, vel compositi consistentia crassioris in humore quopiam idoneo facta resolutio in cõsistentiam, vel mediocrem, vel paulò hac crassiorem aut liquidiorem, pro medicamẽti soluendi, & humoris soluturi quantitate & consistentia, & aliis medici scopis.

Quod enim minus erat crassum & humore perliquido, eodemque largo est solutũ, erit liquidius, contrarium crassius.

Huius autem dissolutionis multæ sunt causæ, nunc enim dissoluimus vt medicamẽtum facilius & iucũdius deuoretur, & citius distribuatur & subducatur, cum facilius sit & iucundius sumere liquida quàm crassa: vt facilius & gratius est impleri potu quàm cibo. Sic opiatas cassiam & alia plurima quotidie dissoluimus.

Nunc vt aliis ad compositionem promptius misceantur, & vnà cum his aut etiã per

ſe coqui poſsint, quod ſicciora ipſa promptè vrerentur, ſic ſuccos, liquores, lachrimas frequenter diſſoluimus, vt euphorbium recens oleo diſſoluitur, Vetus autem fortaſſe non diſſoluitur Meſ.

Nunc vt in partem affectam poſsit medicamentum penetrare, aut illi aplicari & adhærere. Sic in aurem iniicienda, in inteſtina, in vterum, in veſicam in ſinum aliquem liquidiora reddimus.

Sic ladanũ oleo largiore ſoluimus in capillato aut etiã modice tonſo quàm in raſo.

Nunc vt colari & colãdo purgari ab excrementis poſsit, vt liquores aceto vel alio humore idoneo ſoluti colantur, & purgantur, Ammoniacum, opopanax, galbanum, ſagapenum: Sic ſucci ſiccati, gummi, reſinæ recentes aliquando & veteratæ ad electariorum mollium, catapotiorum, linimẽtorum, vnguẽtorum, ceratorum, emplaſtrorum miſtionẽ, ſed lachrimæ reſinoſæ, oleoſis: gummoſæ, aquoſis humoribus melius ſoluuntur: vel ipſe recentes alia ſicciora diſſoluũt, ſed vt dixi ſimilia magis, idque dum molle medicamẽtum eſt futurum, in quem vſum multa quoque huius generis coquuntur. Eadem portione parua cum multis ſiccioribus teruntur, vt in puluere hieræ diacolocynthidos.

Lyc

Lycium aqua diluitur Galeno ad hæmorrhagiam. *Lib.8. c.ph.p.*
Pix liquida cum melle lingitur. *Lib.4. c.ph.p.*
Tragacantha in oui alumine soluitur in arteriacam.

Fel scari piscis cum myrrha stacte miscetur, stomaticha medicamenta dissoluuntur aqua vel mulsa ad gargarizandum, dissoluuntur humore quouis & sine calore, promptius cum calore.

Bolus Armenia vera, terra lemnia vera, calx, sal, saccharum, saccharata omnia, manna, cerussa post longam velut bullationem, chalcitis, chalcanthum, ærugo, rubigo: sed hæc oleo citius mollescit.

Dissoluuntur aceto forti, præsertim distillato vel succo limonum vniones seu margaritæ. Testæ ouorum, lapides renum, vesicæ, coralium vtrunque, eaque pòst siccata promptè friantur. Præcipitatum & sublimatum & cinabrium, & in argentum viuum redeunt.

Etiam aurum & argentũ & metalla alia suis valentibus aquis dissoluunt chymistæ.

Soluuntur ergo simplicia quidem ammoniacum, sagapenum, galbanũ, opopanax, thus masculum, opium, scammonium, aloë, hypocisthis, succus glycyrrhyze, pissasphaltum, mumiam intelligo.

Hæc in succo porri soluuntur in pilulis fœtidis, in succo brassicæ in pilulis ex opopanace.

Aqua ſimplici, aqua vini, vino, aceto ſimilibus & his frigidis, ſed lõgiore tẽpore quàm calidis. Feruẽtibus enim his humoribus prędicta citò ſoluuntur: priora quinque in lacteum quẽdam ſuccum, poſteriora totidem in nigrum.

Opium ſoluit ſaxa Galeno in trociſchis dia opiu.

In oleo frigido prædicta etiam horis. 6. non molleſcunt quidem, in calente opium, ſcammonium, aloë, hypociſthis, ſuccus glycyrrhyzæ, etiam ſoluuntur, cætera molleſcunt tantum, poſteà durantur præſertim Ammoniacum. In eodem oleo & prædictis humoribus etiam calentibus ladanum maſtiche. Myrrha bdellium, ſarcocolla, ſtyrax, gummi arabicum. Sarcocolla in aqua roſarum diſſoluitur in pilulis ſarcocollæ.

Caſtorium, mumia, molleſcunt ſtatim: tragacantha tardius, ſed in oleo hæc mollita non multò poſt dureſcunt præter maſtichen, quę ſoluitur in oleum nec ad naturam reddit niſi igne valentiore coquatur, vt decet oleum maſtichinum.

Acacia noſtras, ſulfur, gagates in his omnibus humoribus etiam feruentibus, nihil mutantur, ſed acacia paulatim piſtillo ex humore aliquo friata ſoluitur, vt ſucci alii &

& liquores,sulfur & gagates igni liquantur, vt liquores omnes,opium,ladanum,chalcitis,chacanthum,alumen omne,xylaloë vera,vnguis odoratus.

Soluuntur humore quouis calido chalcãthum,chalcitis,& hæc etiam aceto frigido.

Erugo,sori,nitrum, alumen, in aceto frigido non liquescunt, vt nec creta : sed hæc multum diuque feruet, fitque multò fragilior,vt & prædicta.

Saccharum,manna,quouis humore soluuntur. Saccharũ autẽ ad syrupos, iulepos, apozemata, electaria solida, penidia, trociscos,& alia opera plurima variè soluitur vt in antidotis Mesuæ leges. Saccharũ aqua & melle soluitur Mesuæ in diazingibere. Manna verò fere soluitur iusculo calente. & colatur,ad foliorum laricis in qua frequẽtior colligitur, & aliorum excrementorum separationem.

Manna,cassia,thamar indi in succis purgatis dissoluuntur & colantur in diamãna, & in aliis,melius sic miscentur quam coctione. Manna dissoluitur in succo rosarum rubrarum in altero mannæ. Moschus, ambra, caphura,ferè humore aliquo soluta aliis miscentur.

Tartarum vstum,in oleum vi frigidi soluitur,alio solutionis modo.

Sed vide ne dum acetum vel humorem alium quo ammoniacum vel alium liquorem soluisti, coquendo consumis, fallaris. Nam sæpè humorem alium ex se remittunt: quem si consumere pergis, ipsorum liquorum humidum consumis: fiuntque hi siccissimi, & exucci, & emplastro ob id inepti.

Quæ verò composita quibus humoribus soluantur, non est operis præsentis docere, sed ad modum componendi singula medicamenta pertinet.

Composita tamẽ plurima, vt electuaria, purgatoria cum aut ingrata sint aut ægrè deuorantur, aut citius descendere volumus, neque nausea metuitur, ptissanæ aqua, hydromelite, vino, vel alio humore idoneo dissoluimus. Trociscos in cote medica ex humore idoneo etiam in collyria humida sæpè dissoluimus, eclegmata in ore saliua soluuntur.

Ex his constat solutionis nomen hic minus latè patere quam cap. 6. lib. 4. metheororum, vbi ad mollitionem & liquationem quoque extenditur.

DE MOLLITIONE.

MOLLITIONE solutioni & liquationi proxima, fit cum medicamenta tam simplicia quam composita reddun-

tur molliora, idque vel affuso humore aliquo sed pauco, vel solo calore nostro solis, ignis id vulgus malaxare vocat, verbo detorto ex futuro μαλάξειν, verbi μαλάττω, id est mollio & subigo: quæ duo per malaxare etiam intelligunt, nec eò libenter vtuntur alibi quam tum in catapotiis cum succo aut syrupo aut humore alio remolliendis & subigendis, tum in emplastris oleo, adipe, vel simile emolliendis.

Calore mollescunt cornua, vngulæ, pili, succi, liquores, lachrimæ vt etiam digitis calentibus tantum tractatæ, ceræ modo ductiles fiant tanquam à frigido concretæ non solum sicco duratæ. Calore modico mollescit ferrum, & alia metalla immodico liquantur.

Zitho (qui potus erat Alexādrinorum, nostræ ceruisiæ similis) ebur mollescit.

Vniones, corallia aceto distillato mollescunt, &, vt dixi, soluuntur.

DE DVRATIONE.

DVRATIO mollitioni contraria nobis interdum est in vsu in conditis electariis, ceratis, emplastris, gelatinis vt vocamus. Ea autem fit nunc mistis siccioribus, nunc multa coctione, nunc frigore coagulante. De siccatione autem posteà fusius agemus adhibenda medicamentis plurim

rimis non vt durescant, sed vt seruari possint. & ob causas alias in ibi dicendas. De calfactione quoque & refrigeratione paulò post dicemus, quarum tractatio duratione abundè illustrabit.

DE LIQVATIONE.

LIQVATIO seu fusio est eorum quæ à frigido concreuerunt in liquidiorem & fluxilem consistentiam à calore facta resolutio: ita, vt quæ à frigore imbecillo aut non diuturno sunt concreta, vt mel, cera, oleum hibernum, butyrum, adipes, medullæ: resinæ à calore moderato glaciei niuis & grandinis modo liquentur. Quæ verò à vehementi & diuturno frigore concreta obriguerunt ægrè multo calore funduntur, vt aurum, ferrum ægerrime, argentum, æs facilius, stannum his facilius, facillimè plumbum, stimmy, arsenicum, sandaracha, sulfur, alumen omne (quamuis scissile tantum mollescere videatur non etiam liquari & fluere) calcitis, chalcanthum, misy & ærugo tardius, tardissimè sori (quia terreum & saxeum) vt lythargyros. Is tamen cum ærugine vel oxelæo duplo citius liquescit quàm cum hydrelæo duplo.

His promptius, liquantur gagates, succinum, vnguis odoratus, id est blatta bizantia,

tia,aſphatum,piſſaſphatum (mumiam intel ligo) xylaloë.

His promptius, ladanum, Oeſypus, caſtorium, ſanguis hirci, gummi arabicum, tragacantha, cancamum, caphura, myrrha, bdellium, ſtyrax, maſtiche, ſarcocolla, gummi hederæ, iuniperi, ceraſi, pruni, amygdalarum.

Reſinæ his facilius. Aeque autem facilè liquores opium euphorbiũ, ammoniacum, ſagapenum, galbanum, opopanax, ſcammoniũ & ſuccus glycyrrhyze, hipociſthis, aloë, elaterium, lycium noſtras.

Cera omnium facillimè. Mel, aeromeli ſeu manna, ſaccharum, humore etiam frigido vt ſal ſoluuntur.

Acacia noſtras & ſæpe non liquantur, humore aliquo cum piſtillo, aut cochleari aut manu paulatim ſoluuntur.

Prædicta quoque omnia ſuccos, liquores, gummia, reſinas intelligo, calenti humore, vt dixi molleſcunt: quædam etiã ſoluuntur: nonnulla item liquantur.

Ambra minutim cõciſa liqueſcit Meſuæ in E. diaccocubaphices.

Porrò liquationis neceſsitas magna eſt ad miſtionem electuariorum, catapotiorum, vnguentorum, ceratorum, emplaſtrorum, & reliquorum propè compoſitorum.

Quon

Quoniam in superioribus præparandi differentiis virium caloris, frigoris, humectationes, & siccationes meminimus, & in sequentibus eorundem mentio frequens nobis est futura, prius de his est nobis agendum, quam ad infusionem, coctionem, assationem, vstionem & alia multa, caloris & aliarum primarum qualitatum opera, transeamus.

DE CALFACTIONE.

De calfactione autem agemus nō quatenus soluit, mollit, liquat, coquit, assat, vrit, vel aliud insigne opus præstat, sed quatenus calorem rebus præbet moderatum, mistioni necessarium, vel etiam alicui præparationem differentiæ, vel ipsi denique medicamentorum simplicium, vel compositorum vsui dextero.

Calefit in sole meridiano acopum, Galeni populeum lib. 4. sanit. tuendæ, vt ferraentur & probius misceātur eorum vires.

In sole teri vult Galenus metallica, vel lauanda, vel in aliud vtenda.

Colanda calfactione tenuantur, vt promptius permeent: frigida enim velut concreta non percolantur, nisi erant multū aquosa & liquida, vt oxymeli Galeni, calidiora autem cum sordibus tota colum penetrant, nisi sint glutinosa. Talia enim multum ca-

lid

lida colanda. Tepidam damus aquam, vt sit vomitoria.

Calidas modicè damus potiones medicas, non solum purgatorias, sed etiam corpus firmaturas, vreticas, menses aut sudores moturas, obstructionem viscerum apertu- ras, præsertim cęlo frigido & ventriculo frigidiore natura, aut ex morbo.

Calefacimus aquam & alia omnia quæ aqua fluēte, aut niue circumposita volumus frigidiora reddere, quòd in humorem calore rarefactum frigus se altius insinuat vt ferrum cādens aqua frigida & astringente temperatur, vt sit durius.

Calfacimus modice infundenda, vt vires suas promptius in humorem, cui infunduntur, transmittant. Calfactus enim humor tenuatur & infusa res rarefit, quibus fit, vt eorum vis calore promptius trahatur, Alia propè innumerabilia calfactione egent, sed admonendi gratia magis quàm docendi calfactionis, refrigerationis & humectationis meminimus: siccationis autem maior est necessitas.

Refrigeramus aqua fluente, aut niue, aut glacie etiam prius calefacta, quæ febrium vehementiæ, aut aëris intemperiei callidæ opponimus pocula medicamentosa. Et quæ à frigido cogi volumus, vt ius carnium glu-

tinosarum in gelatinam vulgò dictam.

Refrigeramus omnia calore præparata priusquam reponamus.

Refrigeramus quæ calore soluta frigore volumus concrescere, & durescere, vt electaria sicca, cerata, emplastra.

Quæ calfaciunt, & refrigerant etiam per accidens siccant, ob id ordine bono iam desiccantibus agamus.

DE SICCATIONE.

SICCATIO est consumptio humiditatis, aut noxiæ, aut excrementosæ, ob id nauseabundæ, vel promptè putrentis, vel pulverati prohibétis, vel caliditatem quæsitam obruētis. Absumitur interdum, & naturæ humiditatis aliquid, plurimum autem in assatione & vstione.

Scillæ partes maximè mediæ direptis viuo tenus tunicis, frustatim confectæ coquuntur, mutata sæpè aqua donec ipsa nec amaritudinem, nec acrimoniam habeat, traiectáque lino frustra illa sic, vt se non contingāt siccantur in vmbra dies. 40. His segmentis ad oleum, vinum, acetum, scillinum, vtimur. Hæc Diosc. vbi neque cultri ex ligno pini vel cupressi scillam diuiduī meminit, neque acus ligneæ, cum Mesuæ in aceto scillite, nec medium eius abiiciendum iubet,

bet.(quod hodie solenni quodam more fieri ab omnibus video) sed tantũ. tunicas externas ad vsque viuas & integras.

Triticum electum negligenter tritum aqua per noctem maceratum, postridie manibus expressum reddit cremorem: qui dum recederit, inclinato vase quod supernatat sensim effundendum, reliquum bombace vel sole æstiuo mox siccandum, ne acescat: repositum operculetur metu vermium: hoc amylum, hieme igni siccetur. Sic ex oriza & hordeo, & alus fieri potest.

Rosæ mediocriter apertæ sereno cælo mane lectæ eodem die vt sunt siccentur sole, si potes, sæpè vertendo. Nam vix vmbra siccauerit, quanquam id esset optatius, siccatas auelle, & recunde vase vitreo operculato, vt odor & color perseuerent. Meliores montanæ campestribus & minus minuũtur siccando, cum ex harum libris decem siccatis libr. vnica supersit quibusdam, idem de violis. Scilla siccantur in eclegmate Mesuæ ad ásthma, ad saccharum rosarum & violatũ, rosas & violas modice siccat Mesues, hyssopus in eclegmate sano, mẽta in eclegmatè aromatum, ruta in altero diacymino Mesuæ, vt in Galeni diospolitico, sed modice. Nam suprà modum siccata, âcrior, amarior, calidior euadit, non siccata flatus *Lib.4.sani.*

minus discutit, quia humorem quēdā excrementosum nondum percoctum retinet.

Herbæ item reliquæ vmbra siccātur, nisi vtendi necessitas cogat te quasdam igni vel sole siccaré. Nā in manipulis ligatæ, in granario pensæ siccantur, vbi siccatæ sunt, sacculis cannabinis ibidem reponuntur.

Radices herbarum lotæ, á lignosa matrice secreti, mox insolentur, nocte in aére sicco perflatili seruentur, iterum soli reddantur donec erunt probè siccatæ. Quod si cælum est nubilum, sicca fumo aut potius propè ignem, in calatho stramentitio vel saligno: aut si vtendi celeritas vrget sartagini calfactæ, & ab igni remotæ ipsas toties impone identidem vertendo, & sartaginem recalfaciendo exemptis tunc radicibus, donec abundè erunt siccatæ, sic radix enulæ, valerianæ, acori nostratis siccatur. Idem in radicibus quorundam fruticum, vt capp. tamaricis: & arborum, vt fraxini, mori: faciendum est.

Radices iam siccatæ si ægrè puluerantur, papyro insertæ igni siccantur, vel calidæ sartagini imponuntur, & igni exponuntur: igni autem vel in sartagine vel papyro, vel fumo vel suprà, aut intra furnum, à quo panis extractus est. Radices eædem, & aliæ magnæ recentes, lotæ, radiculis purgatæ, ac per

per tessellas incisæ, filóque transfixæ paruis interuallis, ne se tangant, in aëre ventoso & perflatili siccantur, vt radices ireos, aristolochiæ rotundæ & longæ, bryoniæ, & similium: quæ tamen etiam citrà diuisionem probè siccantur, vt radix ari, dracunculi, cyclamini, asphodeli, vti elignatæ, prius istæ mandragoræ, eryngii, apii: petroselini, fœniculi, rusci, turbith, hellebori vtriusque, dictamni, vulgaris thapsiæ. Paruæ radices aliæ citrà elignationem in vmbra quoque siccantur, vt asari, asparagi, graminis.

Colocynthis septembri legitur dum flauescit, maxima, & cum aliis multis producta, insolatur diu, quia ægrè siccatur, & nocte in aëre perflatili reponitur, aut si cælum est nubilum filo transfixa fumo siccatur, post excorticatur, vt teratur, itē quarta parte horæ inuoluta papyro insolatur, vel igni, aut fumo admouetur. *Mesues.*

Aloë decocto aromatum imbuta siccatur, primo in vmbra, deinde in sole sic myrobalani tritæ oleo amygdalarum dulciū, æstate triduo confricatæ, & quoties opus erat irrigate siccātur primum in vmbra, deinde in sole. Trocischi tamen ex his facti in vmbra tantum siccantur. *Ibidem.*

Pulmo vulpis sanæ, venatu captæ, iuue-

nis, aqua abluatur, incidatur secundum arteriam venosam, & magis multò secundum venam arteriosam, sanguine purgetur, vino albo, odoro, modice calido lauetur, ollæ impositus clibano parum calido siccetur, refrigeratus & foliis absinthii inuolutus reponatur. Plura de his leges in fine, in his quæ pluribus modis præparantur.

Amygdalæ & nuclei pinei cortice tenui ablato in pelui super prunas ignitas per se vel positius cum furfure ducantur, & succutiantur donec humiditas rancida, aut excrementosa consumatur, alioqui pectori nocent, & tussim excitant qualitate rancida, Pruna, ficus, vuæ, zinzipha, myxa, pyra & alii fructus multi sole feruidissimo, aut eius penuria igne siccantur: sed vua oxyacanthe vmbra siccatur.

Fructus quoque rubi immaturi clibano siccantur ad maiorem astrictionem, & mora viridia aut subrubentia. Fella in folliculo parū cocta ex aqua calente in vmbra siccantur. Coagula animantium parum salita insolatu siccata seruantur.

DE HVMECTATIONE.

HVMECTANTVR nunc aqua, nunc lacte, nunc aceto, nunc oleo, vel alio humore medicamēta non modo simplicia, vt fœlicius & innocētius in compositionem

vel

vel vſum veniant,ſed ſæpè etiam compoſita,vt cum craſſa,humore diluimus, quò facilius & iucundius deuorentur.

Caryophyllum,zingiber,myrobalanos, cepulas, & emblicas ad condituram qua induſtria humectes docet Meſues initio libr. ſui de antidotis & in ſimplicibus.

Maſtiche,moſchos, ambra, terendo humectantur aqua roſata.

Gummi Arabicum , tragacantha, aqua etiam vini myrobalani,ſcammonium, colòcynthis,caphura,turbith, ſericũ, crocus, euphorbium,& alia plæraque, terendo humectantur oleo amygdalarum dulcium.

Amygdalæ,ſtrobili, piſtacia, parum humectantur aqua dulci aut roſata ad meliorem trituram & ſaporem delicatum , ſi emulſionem,amygdalarum,marci panes,facturus es,alioqui pingueſcunt , & palato ingratæ fiunt & ventriculo, vt etiam nauſeabunde fiant.

DE INFVSIONE.

HVMECTATIONI proxima eſt infuſio in hac enim medicamenta parum trita aut conciſa, niſi minuta ſint, macerantur & temperantur humore aliquo ſcopis noſtris apto, eò magis minus calido à ſole vel igni potius quam frigido. Tempus au-

tem quo id fit varium eſt. Nam nunc infunduntur ſemihoram, nunc horam nunc horas plures, dies, menſes pro varia medicamenti natura & aliis medicorum ſcopis. Vt enim quædam parum diu terenda & coquenda, ſic infundenda, quod virtutem habent vel imbecillam vel ſuperficiariam, & rara ſint admodum. Contraria diutius infundenda. Varii præterea ſcopi medicorum faciunt, vt nunc minus diu, nunc diutius quædam ſint infundenda, & quædam (vt nuper diſtinxi) minimo aut mediocri, aut valido calore in id fouenda. Medicamenta infundimus, vt facultatem eorum maleficam quidem auferamus vel caſtigemus: bona verò augeamus, vel in humore ipſum vt tendam transferamus, quos tres infuſionis ſcopos præcipuos abundè Meſues docuit libro.1. & nos lib. 3. de ratione componendi medicamenta.

Infunduntur autem hodie potiſsimũ purgantia medicamenta, ſed etiam alia in apozemata, ſyrupos, olea, & alias cópoſitorum medicamentorum differentias.

Humor verò cui infunduntur maximè varius eſt, pro ſcopis variis, purgantia tamen frequenter ſero lactis infunduntur, quia purgatorium, & ori iucundum, alia humoribus aliis, vt poſt audies.

Thym

Thymelææ fructum aut folia & tithymalorum & similiter lactariarum aceto infundimus. *Mesues.*

Turbith lacti recens mulso infusum & siccatum ventrem turbare definit.

Aloë decocto aromatum vel specierum hieræ, & aliorum quorundam calidorum macerata, citius etiam in ventriculi tunicas altè recepta vacuat, illi autem decocto si colocynthis aut turbith addatur, etiam à longinquo trahet, aloë facultate acquisititia non insita.

Myrobalani obstruere definunt si infundantur in serum lactis vel succum fumariæ, addito præsertim absinthio, vel agarico, vel rha barbaro. *Ibidem.*

Senna contrita horis. 24. in succis maceratur, semel aut bis feruefit, colatur, exprimitur in syru. Saporis.

Manna maceratur succo intybi feruefit, manibus fricatur, colatur in syrup. acido ex manna.

Rha barbarum infunditur aquæ cichorii vel intybi vel apii vel plantaginis, adiecto interdum vino albo pauco, & cum Mesuæ spica, pro variis medici scopis. Id autē ante infusionem scapro aut cultello in tenuia velut folia incidatur, potius quàm vulgi more teratur, ne vis eius exhalet. *Ibidem.*

Ibidem. Thamar Indi infunduntur sero caprino, aut succo fumariæ, vel lupuli, modos eorũ in fundẽdo varios lege in simplicibus Mesuæ.

Rosæ & violæ infundũtur aquæ aliquoties, vt syrupus inde purgatorius coquatur, infunduntur & aceto, quod ab his rosatum & violatum appellatur. *Ibidem.*

Alia propè omnia simplicia purgantia variè infundi docet Mesues in simplicibus.

Cyminum in dispolitico seu diacymino maceratur. 24. horis aceto, deinde vase terreo bene cocto frigitur, & siccatur, id autem fit vt citra calorem altius penetret ac incidat. *lib. 4. sanitatis tuē.*

Radices vreticæ calentes eadem ratione aceto. 24. horis ante vsum macerantur: si autem posteà sint coquendæ ex aqua, satis est prius horas. 6. aceto macerasse. Eadem ratione semen anisi, anethi, apii, ameos, amomi, cari, fœniculi.

In oxymelite melanogogo simplicia macerat Mesues horis. 24. aceto albo, aqua, succo, buglossi.

Coriandrum aceto cui incoctus sit sampsuchus maceratum rectè corrigitur.

Gal. li. 6. simpli. Dactyli aceto macerantur triduo in diaphœnico Mesuæ.

Semen erysimi aqua macerandum est, ad obtundẽdam igneã eius caliditatem, priusqu

quam eclegmatis misceatur.

Nuclei pinei virides aqua macerandi, vt acrimoniam in ea exuant. In E.hamech sim plicia infunduntur sero lactis quinque dies Mesuæ. Lupini aqua fluuialis diebus. 6.7.8. macerati mitescunt & dulcescunt, vti aqua priore abiecta cocti.

Cicera, triticum, hordeum lacte aliquoties infunduntur Mesuæ, & siccantur in puluere impinguente. Cicera aquæ incoquuntur in diasatyrio secundo, vtrunque fit vt pars eius nitrosa, & tergens, in lac & aquam transferatur, reliqua eius substãtia seruetur.

Semen abietis & flores populi macerat dies. 40. oleo Galenus, sæpe tres. 4. & plures menses, posteà exprimit oleum digerẽs & acopum. *li. 4. sani.*

Sericum crudum cocco baphica tinctum maceratur succo pomorum, succo granatorum, decocto corticum citri & aliis syr. ex succis simplicibus & compositis donec ii succi rubeant, & serini simul & cocci facultatem acceperint.

Infusio hæc dum facultatem medicamenti vel maleficam emendauit, vel bonam auxit: aut in humorem transtulit, finem suum assequuta est: sæpe tamen fit, vt præparatio quædam sit coctionis, sic ante coctionem simplicia aliquandiu macerata pas

sim reperies, imò & post coctionem, ante ipsam colationem præsertim, dum vis quæsita ægræ in humorem trahi potest ex materia dura, crassa, densa. Sic lignum, gaiaci, ebeni, buxi, fraxini, genistæ, iuniperi etiam tritum aut limatum diu etiam, ad triduum ante coctionem humore aliquo idoneo maceramus, vt vires eius incidentes, tenuantes, tergentes tandem in decoctum trahantur.

Quin & medicamenta nodulo ligata, iusculo vel alteri leuiter incoquimus infusionis loco: & quæ infudimus sępe semel aut bis feruefacimus ante expressionem aut colationem.

Infunduntur prætereà quædam tantum, vt tenerescant, idque ad conditutam vel coctionem celeriorem.

Mesues in simpli. & conditis li. 7. c. ph. p. & Mesues in antidotis.

Sic Mesues myrobalanos ad conditutam aqua & hydromelite humectat, & dies octo sero caprino macerat, post semel feruefacit.

Capita papaueris forpicibus minutim cõscisa macerãtur cum semine aqua pluuia vel fontana die vno: vel si iam si cciora sunt, etiam biduo & triduo, vt tenerescant ad diacodii compositionem.

Myrobalani oleo amygdalarum dulciũ, vel violato, vel rosato, vel sesamino imbuuntur & irrigantur, posteà siccantur: id qu

quod ipsis infusio seu affusio seu perfusio quædā est. Dum item hæc tritæ oleo amygdalarum dulcium triduo per æstatem confricantur affuso oleo quoties opus est, deinde siccantur. Altero autem triduo similiter in sole confricantur ex aqua saccharata, vel sero saccharato, & posteà formentur in trociscos Mesuæ. Nisi nutritionem esse mauis de qua mox dicemus, vti & dum species hieræ hermetis tritas inuoluit bis succo cucumeris agrestis, & sicca, vt eius succi vires puluis in se trahat.

Alia infunduntur vt dissolui posśint: sic Ammoniacum, opopanax, galbanum, sagapenum, & liquores alii aceto vel humore alio super cineres calidos ferè infunduntur vt soluantur. Fractos eosdem hydromelite infundit in hiera archigenis ex Paulo; vino autem infunduntur in hiera hermetis, in hiera autē diacolocynthidos rufi, myrrham solam vino infundit: sagapenum & opopanacem cū aliis terit, vt nos hodie in hiera diacolocynthidis paccii facimus: in qua tamen scribonius opopanacem & sagapenū in mortario terit adiecto melle tenui, id est quàm liquidisśimo, infunduntur eadem ratione gummi & ichthyocolla, vt dissolui posśint, vel vt in muccaginem abeant, quo fine etiā semina & radices lentore aliquo præditæ, hum

humore calfacto macerantur. Sed de his in ſuccorum extractione mox audies.

Ad infuſionem reducitur infectio ſeu tinctura, vt ſericum ſucco cocci baphicæ tinctum ad compoſitionem cardiacam celebrem diacoccu baphices: & in ſyrup. de pomis, & de granatis, & de corticibus citri. Quanquam idem ſericum ſic tinctum præterea ſuccis illis infundatur, donec ſucci rubeant, & ſerici atque cocci vires in ſe traxerint.

Filum purpura marina tinctum, ſi poſteà viperam ſtrangularit, ad pariſthmia eſt efficaciſsimum Gal.

DE NVTRITIONE.

NVTRITIO quoque quam vocant, fuerit infuſionis ſpecies, ſic autem eſt appellata hæc præparationis differentia loquentibus abuſiue, quòd quemadmodum per veram nutritionem fit vacuati repletio, & etiam incrementum, quandiu ſcilicet id fieri ex partium ſequaci mollitie poteſt: ſic medicamenta quæ humore aliquo imbuta, macerata, tribulata, confricata, præſertim calfacto velut augentur.

Sarcocolla alba, magis glebis conſtans, lacte muliebri nutritur, ſed pauco. Nã multo lacte operta liqueſcit, & lac ipſum priuſquam ſarcocolla ſiccetur, aceſsit: paucum

igitur ex mammis ipsis irrigandum confe_ stim sole siccetur, iterum & tertio, quarto, quinto, similiter irroretur & siccetur, & tandem reponatur. Aspergi etiam asinæ, capræ, equæ, lactæ, vel alio potest. Semen cari calfactum lacte caprino horas duas quidem nutriunt in vase mundo, exemptum siccatumq; reponunt ad fluorem alui.

Myrobalani oleis, sero saccharato, butyro vaccino, succo cydoniorum, vel alio humore dum irrigat, macerat, fricat, frigit Mesues clementer, & his humoribus imbuit vel ad condituram, vel ad noxas earum castigandas, siue solæ vtendæ, siue incomposita veniant, vt trypheram sarracenicam & persiccam, trypheram Galeni, elec. stomachicum Mesuæ, & elec. alhari & sequens quodammodo nutrit. Sic & species omnes elec. Indi maioris, dum oleo amygdalino confricat idem.

Colocynthis quoq; seminibus solis extractis, si impletur aqua cum pauca spica & mastiche, & coquitur in cinere calido ad partis tertiæ consumptionem: hocque decocto paulatim affuso sagapenum irrigetur, donec pinguescat, nutriri dicitur sagapenum, eodem modo & opopanax. Decocto myrobalanorum, vel succo enulæ campanæ, aut rutæ, aut fœniculi cum felle pauco auium rapa

pacium,& spica & mastiche ad dimidium co cto & colato idem fieri potest.

Folia etiam thymelææ aceto nutriuntur in elec. diaphyssalidon. Eadem in aceto infundit & siccat in pilulis thymelææ, vt eadem sint vel saltem omnino proxima infusio & nutritio. Ambæ enim humore fiunt & calore blando, qualis ad nutritionem verã est aptissimus, cum immoderatior vrat, imbecillior sit inefficax.

Metallica ferè in aëre calido non tamen super ignem nutriuntur.

Metallica etiam sæpe nutriuntur humore aliquo, vt dissoluantur promptius, vel etiam liquentur, vel pinguescant, & velut aucta tumescant.

Scoria ferri in aceto dies quinque in tryphera minore, Mesuæ, & tryphera moschata, & tryphera Galeni.

Lithargyros nutritur oleo sic, vt vnciæ eius triti quatuor tandem olei libram vnam, aceti quartaria quinque ac eò plus ebibant, idque omnino sine igne, multum diuq; pistillum per mortarium ducendo. Nam lithargyro etiam vncia vna corpus dat plurimum, vt etiam sine cæra emplastrum perficiat, sed initio diu tere primum cum pauco oleo, posteà affuso vicissim pauco aceto. Nam multò sic mergitur, vt corpus nõ asse-

qu

quatur. Vbi autem initio paulatim nutrita est, & consistentiam crassiorem friando asse quuta, tum largiorem vtriusque copiam ebi bit. Continenter autē friatur ad horas duas, tres, nisi quod per initia potes aliquātisper cessare, vt interim velut in otio largius com bibat. Sic & chalcitis, & scoria ferri, & æru go, & metallica cætera ex oxelæo in vnguē ti formam diu friando duxi, sed bibacissima est lithargyros: opinor, quia siccissima & ra ra modicè.

DE EXPRESSIONE.

EXPRESSIO est humidæ, & tenuis substantię separatio, à sicca & crassa du ro aliquo & valido compressu facta, fit au tem sæpe torculari & eo multiplici, quale vinum ex vinaceis exprimunt, & quale pin xit Mesues in oleo amygdalarum dulcium, quale item vsurpamus in exprimendis o leis, & succis aliis, & decoctis, & carnibus, & similibus: siue id torcular est, siue præ lum librarium, vt in oleo amygdal. dul cium. Mesuæ diximus. Ferè autem expri menda, ne diffluant aut dissiliant inuolui mus panno forti, vt cannabino, caprino, se taceo. Est quandò tantum caprino aut lineo inuoluimus, & manibus ac digitis prælorum loco vtimur, vt dum medicamenta purgan tia infusa exprimimus. Adde quod nūc

nis, aqua abluatur, incidatur secundum arteriam venosam, & magis multò secundum venam arteriosam, sanguine purgetur, vino albo, odoro, modice calido lauetur, ollæ impositus clibano parum calido siccetur, refrigeratus & foliis absinthii inuolutus reponatur. Plura de his leges in fine, in his quæ pluribus modis præparantur.

Amygdalæ & nuclei pinei cortice tenui ablato in pelui super prunas ignitas per se vel positius cum furfure ducantur, & succutiantur donec humiditas rancida, aut excrementosa consumatur, alioqui pectori nocent, & tussim excitant qualitate rancida, Pruna, ficus, vuæ, zinzipha, myxa, pyra & alii fructus multi sole feruidissimo, aut eius penuria igne siccantur: sed vua oxyacanthe vmbra siccatur.

Fructus quoque rubi immaturi clibano siccantur ad maiorem astrictionem, & mora viridia aut subrubentia. Fella in folliculo parũ cocta ex aqua calente in vmbra siccantur. Coagula animantium parum salita insolatu siccata seruanrur.

DE HVMECTATIONE.

HVMECTANTVR nunc aqua, nunc lacte, nunc aceto, nunc oleo, vel alio humore medicamẽta non modo simplicia, vt fœlicius & innocẽtius in compositionem

vel

vel vſum veniant, ſed ſæpè etiam compoſita, vt cum craſſa, humore diluimus, quò facilius & iucundius deuorentur.

Caryophyllum, zingiber, myrobalanos, cepulas, & emblicas ad condituram qua induſtria humectes docet Meſues initio libr. ſui de antidotis & in ſimplicibus.

Maſtiche, moſchos, ambra, terendo humectantur aqua roſata.

Gummi Arabicum, tragacantha, aqua etiam vini myrobalani, ſcammonium, colocynthis, caphura, turbith, ſericũ, crocus, euphorbium, & alia plæraque, terendo humectantur oleo amygdalarum dulcium.

Amygdalæ, ſtrobili, piſtacia, parum humectantur aqua dulci aut roſata ad meliorem trituram & ſaporem delicatum, ſi emulſionem, amygdalarum, marci panes, facturus es, alioqui pingueſcunt, & palato ingratæ fiunt & ventriculo, vt etiam nauſeabunde fiant.

DE INFVSIONE.

HVMECTATIONI proxima eſt infuſio in hac enim medicamenta parum trita aut conciſa, niſi minuta ſint, macerantur & temperantur humore aliquo ſcopis noſtris apto, eò magis minus calido à ſole vel igni potius quam frigido. Tempus au-

tem quo id fit varium est. Nam nunc infunduntur semihoram, nunc horam nunc horas plures, dies, menses pro varia medicamenti natura & aliis medicorum scopis. Vt enim quædam parum diu terenda & coquenda, sic infundenda, quod virtutem habent vel imbecillam vel superficiariam, & rara sint admodum. Contraria diutius infundenda. Varii præterea scopi medicorum faciunt, vt nunc minus diu, nunc diutius quædam sint infundenda, & quædam (vt nuper distinxi) minimo aut mediocri, aut valido calore in id fouenda. Medicamenta infundimus, vt facultatem eorum maleficam quidem auferamus vel castigemus: bona verò augeamus, vel in humore ipsum vtendam transferamus, quos tres infusionis scopos præcipuos abundè Mesues docuit libro. 1. & nos lib. 3. de ratione componendi medicamenta.

Infunduntur autem hodie potissimũ purgantia medicamenta, sed etiam alia in apozemata, syrupos, olea, & alias cópositorum medicamentorum differentias.

Humor verò cui infunduntur maximè varius est, pro scopis variis, purgantia tamen frequenter sero lactis infunduntur, quia purgatorium, & ori iucundum, alia humoribus aliis, vt post audies.

Thym

Thymelææ fructum aut folia & tithymalorum & similiter lactariarum aceto infundimus. *Mesues.*

Turbith lacti recens mulso infusum & siccatum ventrem turbare desinit.

Aloë decocto aromatum vel specierum hieræ, & aliorum quorundam calidorum macerata, citius etiam in ventriculi tunicas altè recepta vacuat, illi autem decocto si colocynthis aut turbith addatur, etiam à longinquo trahet, aloë facultate acquisititia non insita.

Myrobalani obstruere desinunt si infundantur in serum lactis vel succum fumariæ, addito præsertim absinthio, vel agarico, vel rhabarbaro. *Ibidem.*

Senna contrita horis.24. in succis maceratur, semel aut bis feruefit, colatur, exprimitur in syru. Saporis.

Manna maceratur succo intybi feruefit, manibus fricatur, colatur in syrup. acido ex manna.

Rhabarbarum infunditur aquæ cichorii vel intybi vel apii vel plantaginis, adiecto interdum vino albo pauco, & cum Mesuæ spica, pro variis medici scopis. Id autē ante infusionem scapro aut cultello in tenuia velut folia incidatur, potius quàm vulgi more teratur, ne vis eius exhalet. *Ibidem.*

Ibidem. Thamar Indi infunduntur ſero caprino, aut ſucco fumariæ, vel lupuli, modos eorũ in fundẽdo varios lege in ſimplicibus Meſuæ.

Roſæ & violæ infundũtur aquæ aliquoties, vt ſyrupus inde purgatorius coquatur, infunduntur & aceto, quod ab his roſatum & violatum appellatur. *Ibidem.*

Alia propè omnia ſimplicia purgantia variè infundi docet Meſues in ſimplicibus.

Cyminum in diſpolitico ſeu diacymino maceratur. 24. horis aceto, deinde vaſe terreo bene cocto frigitur, & ſiccatur, id autem fit vt citra calorem altius penetret ac incidat. *lib.4. ſanitatis tue.*

Radices vrticæ calentes eadem ratione aceto. 24. horis ante vſum macerantur: ſi autem poſteà ſint coquendæ ex aqua, ſatis eſt prius horas. 6. aceto maceraſſe. Eadem ratione ſemen aniſi, anethi, apii, ameos, amomi, cari, fœniculi.

In oxymelite melanogogo ſimplicia macerat Meſues horis. 24. aceto albo, aqua, ſucco, bugloſsi.

Coriandrum aceto cui incoctus ſit ſampſuchus maceratum rectè corrigitur.

Gal. li. 6. ſimpli. Dactyli aceto macerantur triduo in diaphœnico Meſuæ.

Semen eryſimi aqua macerandum eſt, ad obtundẽdam igneã eius caliditatem, priuſqu

quam eclegmatis misceatur.

Nuclei pinei virides aqua macerandi, vt acrimoniam in ea exuant. In E.hamech simplicia infunduntur sero lactis quinque dies Mesuæ. Lupini aqua fluuialis diebus.6.7.8. macerati mitescunt & dulcescunt, vti aqua priore abiecta cocti.

Cicera, triticum, hordeum lacte aliquoties infunduntur Mesuæ, & siccantur in puluere impinguente. Cicera aquæ incoquuntur in diasatyrio secundo, vtrunque fit vt pars eius nitrosa, & tergens, in lac & aquam transferatur, reliqua eius substãtia seruetur.

Semen abietis & flores populi macerat dies.40.oleo Galenus, sæpe tres.4.& plures menses, posteà exprimit oleum digerẽs & acopum. *li. 4. sani.*

Sericum crudum cocco baphica tinctum maceratur succo pomorum, succo granatorum, decocto corticum citri & aliis syr.ex succis simplicibus & compositis donec ii succi rubeant, & serini simul & cocci facultatem acceperint.

Infusio hæc dum facultatem medicamenti vel maleficam emendauit, vel bonam auxit: aut in humorem transtulit, finem suum assequuta est: sæpe tamen fit, vt præparatio quædam sit coctionis, sic ante coctionem simplicia aliquandiu macerata pas

sim reperies, imò & post coctionem, ante ipsam colationem præsertim, dum vis quæsita ægræ in humorem trahi potest ex materia dura, crassa, densa. Sic lignum, gaiaci, ebeni, buxi, fraxini, genistæ, iuniperi etiam tritum aut limatum diu etiam, ad triduum ante coctionem humore aliquo idoneo maceramus, vt vires eius incidentes, tenuantes, tergentes tandem in decoctum trahantur.

Quin & medicamenta nodulo ligata, iusculo vel alteri leuiter incoquimus infusionis loco: & quæ infudimus sępe semel aut bis feruefacimus ante expreſsionem aut colationem.

Infunduntur prætereà quædam tantum, vt tenerescant, idque ad conditutam vel coctionem celeriorem.

Mesues in simpli. & conditis li. 7. c. ph. p. & Mesues in antidotis.

Sic Mesues myrobalanos ad conditu ram aqua & hydromelite humectat, & dies octo sero caprino macerat, post semel feruefacit.

Capita papaueris forpicibus minutim cõscisa macerãtur cum semine aqua pluuia vel fontana die vno: vel si iam sicciora sunt, etiam biduo & triduo, vt tenerescant ad diacodii compositionem.

Myrobalani oleo amygdalarum dulciũ, vel violato, vel rosato, vel sesamino imbuuntur & irrigantur, posteà siccantur: id

qu

quod ipsis infusio seu affusio seu perfusio quædã est. Dum item hæc tritæ oleo amygdalarum dulcium triduo per æstatem con fricantur affuso oleo quoties opus est, deinde siccantur. Altero autem triduo similiter in sole confricantur ex aqua saccharata, vel sero saccharato, & posteà formentur in trociscos Mesuæ. Nisi nutritionem esse mauis de qua mox dicemus; vti & dum species hieræ hermetis tritas inuoluit bis succo cucumeris agrestis, & sicca, vt eius succi vires puluis in se trahat.

Alia infunduntur vt dissolui posint: sic Ammoniacum, opopanax, galbanum, sagapenum, & liquores alii aceto vel humore alio super cineres calidos ferè infunduntur vt soluantur. Fractos eosdem hydromelite infundit in hiera archigenis ex Paulo; vino autem infunduntur in hiera hermetis, in hiera autẽ diacolocynthidos rufi, myrrham so lam vino infundit: sagapenum & opopanacem cũ aliis terit, vt nos hodie in hiera diacolocynthidis paccii facimus: in qua tamen scribonius opopanacem & sagapenũ in mortario terit adiecto melle tenui, id est quàm liquidisimo, infunduntur eadem ratione gummi & ichthyocolla, vt dissolui posint, vel vt in muccaginem abeant, quo fine etiã semina & radices lentore aliquo præditæ,

hum

humore calfacto macerantur. Sed de his in succorum extractione mox audies.

Ad infusionem reducitur infectio seu tinctura, vt sericum succo cocci baphicæ tinctum ad compositionem cardiacam celebrem diacoccu baphices: & in syrup. de pomis, & de granatis, & de corticibus citri. Quanquam idem sericum sic tinctum præterea succis illis infundatur, donec succi rubeant, & serici atque cocci vires in se traxerint.

Filum purpura marina tinctum, si posteà viperam strangularit, ad paristhmia est efficacissimum Gal.

DE NVTRITIONE.

NVTRITIO quoque quam vocant, fuerit infusionis species, sic autem est appellata hæc præparationis differentia loquentibus abusiue, quòd quemadmodum per veram nutritionem fit vacuati repletio, & etiam incrementum, quandiu scilicet id fieri ex partium sequaci mollitie potest: sic medicamenta quæ humore aliquo imbuta, macerata, tribulata, confricata, præsertim calfacto velut augentur.

Sarcocolla alba, magis glebis constans, lacte muliebri nutritur, sed pauco. Nã multo lacte operta liquescit, & lac ipsum prius quam sarcocolla siccetur, acescit: paucum

igitur ex mammis ipsis irrigandum confe_
stim sole siccetur, iterum & tertio, quarto,
quinto, similiter irroretur & siccetur, & tan
dem reponatur. Aspergi etiam asinæ, capræ,
equæ, lactæ, vel alio potest. Semen cari cal_
factum lacte caprino horas duas quidem nu
triunt in vase mundo, exemptum siccatumq;
reponunt ad fluorem alui.

Myrobalani oleis, sero saccharato, buty
ro vaccino, succo cydoniorum, vel alio hu_
more dum irrigat, macerat, fricat, frigit Me
sues clementer, & his humoribus imbuit vel
ad condituram, vel ad noxas earum casti_
gandas, siue solæ vtendæ, siue incomposita
veniant, vt trypheram sarracenicam & per_
siccam, trypheram Galeni, elec. stomachi_
cum Mesuæ, & elec. alhari & sequens quo_
dammodo nutrit. Sic & species omnes elec.
Indi maioris, dum oleo amygdalino confri
cat idem.

Colocynthis quoq; seminibus solis ex_
tractis, si impletur aqua cum pauca spica &
mastiche, & coquitur in cinere calido ad par
tis tertiæ consumptionem: hocque decocto
paulatim affuso sagapenum irrigetur, donec
pinguescat, nutriri dicitur sagapenum, eo_
dem modo & opopanax. Decocto myroba
lanorum, vel succo enulæ campanæ, aut ru_
tæ, aut fœniculi cum felle pauco auium ra_
pa

quatur. Vbi autem initio paulatim nutrita est,& consistentiam crasſioremfriando assequuta,tum largiorem vtriusque copiam ebibit. Continenter autẽ friatur ad horas duas, tres,nisi quod per initia potes aliquãtiſper cessare, vt interim velut in otio largius combibat. Sic & chalcitis,& scoria ferri, & ærugo,& metallica cætera ex oxelæo in vnguẽti formam diu friando duxi,ſed bibaciſsima est lithargyros:opinor,quia ſicciſsima & rara modicè.

DE EXPRESSIONE.

EXPRESSIO est humidæ, & tenuis substantię ſeparatio,à ſicca & craſſa duro aliquo & valido compreſſu facta, fit autem sæpe torculari & eo multiplici, quale vinum ex vinaceis exprimunt,& quale pinxit Mesues in oleo amygdalarum dulcium, quale item vſurpamus in exprimendis oleis,& ſuccis aliis,& decoctis,& carnibus, & ſimilibus: ſiue id torcular est, ſiue prælum librarium, vt in oleo amygdal. dulcium. Meſuæ diximus. Ferè autem exprimenda, ne diffluant aut diſsiliant inuoluimus panno forti, vt cannabino, caprino, setaceo. Est quandò tantum caprino aut lineo inuoluimus,& manibus ac digitis prælorum loco vtimur,vt dum medicamenta purgantia infuſa exprimimus. Adde quod nũc

den

denſo,nunc raro panno exprimimus, interdum clementer,interdum valẽter pro ſcopis medicorum variis:quædam item frigida exprimimus,alia etiam calida : quædam ſolum calida exprimi poſſunt, vt oleũ amygdalarum dulcium,& ſimilia in Meſuæ.Sic portulacæ,cotyledonis,ſemperuiui,buglosſi ſuccum exprimimus calentem,aliàs humore aliquo liquidiore affuſo, vt dicemus in ſuccorum extractione.

Expreſsione vſus igitur latiſsimè patet in infuſis apozematibus,& coctiōibus propè omnibus,in ſyrupis,in oleis,& id genus aliis: quo autem inſtrumento & quatenus calidum,aut frigidum vnumquodque eſt exprimẽdum,in ſingulis compoſitorum remediorum differentiis melius condiſces.

Neque ſolum collationi ſuccedit expreſsio,imò eam ſæpe præcedit,& quando eam ſequitur blanda admodum eſt facienda:ne quod craſſum & terreum colo adhæret,id totum vi in ſubiectum humorem colatum elidamus.

DE CONFRICATIONE.

CONFRICATIO rerum infuſarum, aut etiam coctarum manibus facta,collationem & expreſsionem adiuuat, ob id ante has ſæpe obitu interdum expreſsionis vi

vice est: sic crocus panno lineo ligatus inter codum, infricatur in syr. Saporis, de pomis & quibusdam aliis compositis.

Manna succo intybi macerata fricatur manibus antè colationem in syrupo acido ex manna.

Rha barbarum panno lineo ligatũ frica tur, & exprimitur in syr. cichorii cõposito.

Scammonium panno tenui ligatum sæpe confricatur in syrupo acetato cholagogo.

Helleborus niger nodulò lineo ligatus in oxymelite melanogogo sæpe confricatur.

Medulla cnici, turbith, zingiberis, pannò lineo ligata cònfricatur sæpe in oxymelite phlegmagogo.

Helleborum nigrum, agaricum, salẽ Indum fricat Mesues in apozemate epithymi: cassiam verò manibus fricat ante colaturam in apozemate adianti: colocynthis forpicibus incisa in oleo rosato fricatur ad componendos ex ipsa trociscos Mes. in trocisch. & simpl.

Si manibus fricantur, & post dolantur simplicia in electario Hamech. Simplicia in succis macerata fricantur & colantur simplicia in elec. diaphyssalidon. Simplicia in pilularum aromaticarum post coctionem fricantur, & colantur.

Ferè autem hic nodulus in medicamento humido manet. Sic scammonium panno lineo raro ligatum suspenditur in syrupo fumariæ, & noduli aromata continentes, & compositum condientes in ipso suspensi manent, vt post leges, titulo de aromatizatione. Quam consuetudinem hodie plærisque seruari video in syrupis purgantibus, præsertim contra morbum longum, aut in hominis delicati gratiam compositis.

Gal. lib. 7. c. ph. p. Aliquando tamen vbi vis eius noduli tota in compositum confricando est expressa, abiicitur. Sic Soranus cum melle & capitibus papaueris myrrham, crocum, hypocisthidem, acaciã nodulo ligata incoquebat, post vbi vires suas diacodio impressserant, tollebat. Quod exemplum eò ascripsit, ne id nouum putes, & Arabibus acceptum referas.

In simp. Mesues. Alia tamen est confricatio, quæ ad infundendum, imbuendum, molliendũ, & humectandum magis pertinet, vt cum myrobalani omnes butyro vacchino fricantur, cæteræ species oleo amygdalarum dulcium inuoluũtur in tryphera sarracenica, & phœnicis, easdem ne partes nutritorias valẽti astrictione sua exasperent, oleo amygdalarum dulcium vel rosato, vel violato, vel sesamino, vel alis leniẽtibus tritas mergit, con-

fricat,& lubricas facit. Posfis tamen non modò manibus fricare, sed etiã in sole aut igni clementiore frigere cum alioqui nec ipse rare fient, nec butyrum aut oleum quoduis liquabitur, vt ipsas promptè totas permeet, ac imbuat, ob id in tryphera minore phænonis myrobalani assentur in butyro vacino, legimus & nos in tryphera sequente: hæ butyro vaccino inuolutæ frigantur vertimus, vbi legebatur fricentur, & alibi aliquoties. Vbi (vt dixi) etiam fricentur legere posfis, cum vtrunque patiantur, hoc est manu fricentur, & sartagine, aut vase alio blandè frigantur.

Et in Elec. à nobis inuento, frige bis vertimus pro frica, tamen potes si libet lectionem priorem retinere: vel istam, presertim cum in simili Elec. alcãzi. myrobalanos, & simplicia alia bis feruefaciat.

Friguntur tamen vere quædam, vt cumi num acceto maceratum frigitur Gale lib. 4. sanit. tuendæ, in vase terreo bene cocto. Plura huius exempla leges in assatione.

DE SVCCORVM EXTRACTIONE.

QVANQVAM loco hoc coctionem infusioni (vt ante memini) viribus & præparationis modo proximam, docere exigit ordo rei: quia tamen rerum ante

tract itarum consequutione quadam in expressione transiumus, succorum autem extractio tritura constat & expressione, iure optimo succos exprimendi modum hic interserimus: χυλὸς autem (vt in simplicibus ex Galeno abundè docuimus) nunc is est humor, qui virentibus herbis, aut fructibus humidis, aut seminibus oleaginis tritis exprimitur, & viscago ceu muccago quædam ex glutinosis seminibus, radicibus, gūmis, partium neruosarum ramentis, humore aliquo calfacto maceratis extracta. De his omnibus hoc loco agam.

Succus ex omnibus foliis virentibus per se tritis exprimi poteſt, præterquam quòd quædam ob ſiccitatem vix ſuccum aliquem reddunt ſi per ſe terantur, vt folia lauri, saluiæ, thymi, roriſmarini, ſabinæ, & quæ plantarum ſunt ſylueſtrium, & ex locis editioribus ac ſiccioribus, & æſtate calida ſicca, atque adeò poſt meridiem ſuccum parciorem reddunt: aliæ ob lentorem, vt bugloſſum vtrunque, cotyledon, & aliæ quædam poſt dicendæ: ſed vtrunque genus miſto eget humore liquido, ad ſucci expreſſionem.

Ad varios verò aurium & partium aliarū affectus adhibet Gal. in ſimplicibus, & li. c. ph. p. ſuccos recentes hippuris, cucurbitæ, ca-

nab

nabis viridis, hederę,polygoni maris,prasii, stœbes,absinthii,fœniculi,dracontii, lactucæ agrestis,fumariæ, centaurii parui, chelidonii, libanotidum, anagallidum, anemonarum,peucedani,betę,brassicæ,calamithes, foliorum ficus,cynoglossi. Floribus populi albæ, floribus spondylii, floribus rosarum, violarum:radicibus cæpæ,alii, porri, cyclamini,scillæ.

Ex fructibus etiã vt pomis cydoniis, granatis,vuis,& aliis permultis:de quibus abunde nobis dictum ex Galeno in Mesuæ est, sectione prima & secunda.

Quo autem modo aloë, scammonium, glaucium,hypocisthis,acacia & externi alii plantarum succi extrahantur, cum plantas ipsas non habeamus, didicisse parui est momenti,cum præsertim ex Dioscoride repetere possis: quanquam aloë nobis iam frequens satis est,sed pensilis ferè ad pompam, altilis nulla,propterea non quæuis aloë succum laudabilem reddit, vt Dioscorides & Gale.edocuerunt.

perroquet nobis dicitur a psittaci uiridis similitudine.

Acacia verò nostras fit ex prunis agrestibus aqua maceratis,igni lento coctis ad dissolutionem: colatum ex his siccatur igni vel sole, complanatur: in tessellas secatur, rubentes & astringentes magis, si immatura erant; nigras & dulces magis, si ma-

tura.

Lycium nostras sic fit in libello, cui titulus est de dynamibus, id est facultatibus, & Galeno tribuitur. Periclymeni (quod caprifolium vocant) baccas mense septembri tere, torquendo exprime, insolatu sicca repone, Alterũ autem verũ hodie desyderatur.

Radices glycyrrhizæ recentes prahumidæ Iulio mense tritæ ex aqua coctæ, ad crassitiem colantur & exprimuntur expressum igni vel sole siccatur.

Oleum omphacinum ex oliuis immaturis: dulce, ex maturis exprimere in Gallia Narbonensi vulgare est.

Sic omphacium, ex vuis immaturis & natura acerbis: vinum, ex maturis & dulcioribus exprimere cuiuis notum est. Pomorum agrestium tritorum succo expresso parum salso vtuntur septentrionales omphacii vice.

Ex ficcioribus verò foliis seu natura seu cæli & soli ratione, vt succum aliquem extrahas, vinum aqua vel humor alius proposito, idoneus (vt dixi) miscetur inter tundendum: qui propè totus cum succi portione aliqua exprimendo reddetur.

Eodem modo ex portulaca, cotyledone, semper viuo, buglosso vtroque, & similiter glutinosum succum sortitis, Galenus

doc

docet succum illum affuso humoré idoneo extrahendum. Ex his tamen sine externo humore succum extrahis, si parum calei scunt, ipsæ, mortarium, pistillus, saccus, prælum, vel si tusæ citra calorem calatho salligno impositæ, loco frigido, vt in cella vinaria repositæ sint. Nam in catinum subiectum humor satis multus paulatim defluet. Portulaca tamen erratica & quæ vitibus est familiaris quam hortensis, & buglossum tenerum quam vetustate iam pinguius, & folia borraginis quam caulis succum facilius remittunt.

Cucurbitam maza pinsita inuolutam clibano coquit Mesues, deinde succum exprimit in syrupum cucurbitæ. *Gal. li. pro puero epileptico ĩ fi.*

Ex scilla succus extrahitur optimè diebus canicularibus. 40. quibus ea particulatim digitis discerpta vasi mellario imponitur, operculato, & pelle circundato, deinde loco meridiem spectante contra boream lecto insolatur sæpe vertendo, vt vndique solem sentiat: post hos scillæ elixæ similis succum infundo imponit melle condiendum. *hic succus diachyllo magno misceatur.* Alii scillã inter multas collectam cultello ligneo corticibus externis purgatã, maza inuolutã, clibano mediocriter calido coctã, exéptã, vt calet tusam in mortario lapideo calido, pistillo ferreo calido, pãno ligneo

tenui calido inuolutã, valenter exprimunt. Sic autem assa Dioscorides vsque crusti frumentacei vel lutei coctionem, tamen succi eius non meminit. Alii sine assatione foris & intus purgatam multum calido ligneo aut lapideo mortario & pistillo tusam mox calido linteo, torculari calido exprimunt, & succum multum facilè reddit, & purum atque clarum. Quod si frigida scilla frigido mortario & pistillo trita sit, in sartagine terrea parum frigatur, illicóque exprimatur inter asseres calidos vel torculari calido ac aëre calido. Quæ omnia Galenus innuit; cum succum hunc diebus canicularibus nempe omnium calidissimis, si suam seruant naturam, optimè extrahit.

Quędam minutim concisam exprimunt. quod tusa pinguescat, succúmque ægre remittat, nisi vt dixi, calefiat: alii tusum calatho sparteo imponunt aut saligno, in celláque vinaria aut similiter frigido loco collocant, distillatque in vas subditum. Liquores, & gummi, & resinæ; castrata, terebrata, secta, scarificata, plantæ radice, trunco, ramis, calice destillantes, raro à nobis colliguntur, sed ferè ab externis mittuntur, à quibus qua ratione eliciantur, docet in horum singulis Dioscorides, succi tamen ex incisa salice dum floret, distillãtem

colligere possumus ad vsus à Galeno scriptos, & opium ex capitibus papaueris nigri mense Iunio aut Iulio & ex aliis nostratibus plantis. Elaterium autem ex fructu cucumeris agrestis quomodo extrahẽdum, lege Dioscor. & in his vide ne succum pro liquore supponas, cum sit multò ignauius scammonium succus quam liquor, & in aliis ad portionem, vt Dioscor. & Gale. abundè docent. Sic ex mandragore radice incisa, forata, cauata liquor emanat valentior succo, & iisdem radicibus tritis expresso, & ex ficu, lathyride, chelydonio, foliis aut surculis auulsis, lac emanat, ex illis & tithymalis album, ex hoc luteum.

De secundo succi genere qui ex oleagenis seminibus tritis exprimitur, vt amygdalis ambabus, auellanis, iuglandibus, pistaciis, strobilis, balano myrepsica, nuce myristica, semine cucurbitæ, cucumeris, melonis, citreoli, cannabis, napi, sinapi, ricini, cocci gnidii, lini papaueris, hyoscyami, pomorum, pyrorum & id genus aliis abundè cum Mesuæ diximus sectione nona de oleis, quod hunc succum etiam Dioscorides & Galenus oleum sæpe vocant, poteſtque hic ex omnibus seminibus medullatis extrahi, vt etiam ex vuarum seminibus tritis exprimitur igni in lucernis du-

rantissimum.

Mel quoque ab anacardis extrahes, si eos ablato pediculo coquas ex aqua, tunc enim quod supernatabit melleum coclear colligendum est, & aliter.

SUCCI genus tertium ex glutinosis seminibus & radicibus &, aliis in humorē calfactum aliquandiu infusis extrahitur. Semina ferè sunt cydoniorum, marrubii, vrticæ, lini, fœnigræci, psyllii, maluæ, althææ, citri.

RADICES sunt maluæ, althæ, symphyti, periclymeni, scillæ, gummi arabicum, tragacantha minutim incisum, sic ichthyocolla, taurocolla, ficus, vuæ, horum vncias tres aquæ calidę libra vna macerabis nocte vna, postridiè recalfactum sacculo aut mātili ex tela noua forti impone, intorquendo exprime, virga lignea aut ferrea gracili percute: succum eadem derade, id fac donec succus effluere desinat, & semē exuccum & siccum euaserit, vel radix.

Aliĩ aquæ libras tres, vni seminum aut radicum libræ imponunt, alii libram vnam aquæ communis vel humoris alterius si requiratur, dant, vncias quatuor seminum vel aliorum. Si autē succum vis liquidiorem, aquam auge, vel semē minue: si crassiorem, contra.

Interdum etiam triduo macerantur, vt in

dia

diachylo communi quod à χυλὸς hoc est succus seu muccago, est appellatum: vt in sectione. 12. Mesuæ diximus, & lib. 3. meth. medicamenta componendi.

Quoniam verò Arabibus psyllii interior medulla calet, cortex friget, vbi refrigerãdi consilium est, per succum psyllii, neque diu, nec multo calore macerant, neque valenter exprimunt: ne substãtiam calidam foras extrahant, quam nonnulli in vlcere, admoto psylii succo, cum aqua dulci extracto manifestè affirmant se deprehendisse, & morsum in vlcere caloremque excitatum, quem succo alio ex psyllio clementissimè expresso, posteà compescuerunt, sed sola refrigeratrix facultas toti semini à Græcis tribuitur. Sic semen psyllii cum aqua fontis frigida tribulat Mesues, & educti succum dat potui ad aluum soluendam. Decocto semẽ psyllii macerat horis viginti quatuor in singulas rudicula agitando, deinde totum succum exprimit in oleo de psyllio, vbi non videtur timere venenosam virtutem occultã in parte seminis eius interna & calida quarto ordine: fortè ob id quod ipso decocto obtunditur & emendatur.

Ex taurocolla, & ichthyocolla, & coriorum ramentis, & partibus omnibus neruosis particulatim sectis muccago quoque

ext

extrahitur, sed in vsu medicis frequentiore est, quæ ex ichthyocolla, id est piscium, præsertim quos mortuas vocamus, fit. Satius autem est hæc rasa aut limata ex aqua lento igni coquere, donec tabescant. Qui autem valido igni primò coquere aggrediuntur, vrunt, & incoctilem reddunt.

Soluitur quoq; ichthyocolla hæc lotio, aqua salsa, aqua extinctionis calcis, aceto.

In emplastro diachylo magno, ichthyocolla aqua communi igni lento, aut super cineres calidos diu macerata & paulatim cocta, tota abit in cremorem.

Pellis arietina ad dissolutionem dum coquitur in emplastrum, cótra rupturam, muccago quoque ex ea extrahitur.

Ex gummis quoque muccago frequenter extrahitur potissimum arabico & tragacantha, vt horum drachmis duabus in aquæ rosatæ vnciis. 5. 6. 7. solutis, vt in eclegmate sano, vt sit albius & leniens magis. Muccagine ex gummi tragacanthi drachmis duabus aquæ rosarum vnciis. 7. vel. 8. solutis liquãtur sacchari libræ quatuor ad hypoglottidum (quas pilulas albas sub lingua vocãt) compositionem.

Ex drachma autem vna tragacanthi potes vncias tres quatuor plures muccaginis extrahere: si multũ & diu baculo aut cochleari

ri percutias.

Ad muccaginem hanc reducenda est con gelatio lentorum iusculorũ à frigore facta.

Pedes enim vitulorum, colla veruecum, capi, perdices, & carnes aliæ præsertim neruosam multam substantiam sortitæ coquũtur ex aqua igni primùm lento, deinde mediocri vsque ad carnium dissolutionem, seu donec iusculi portio exigua cochleari exẽpta & refrigerata inter manus confricata, ipsa suo lentore velut ferrũminet. Tunc omnia in mantile mundum, mediocriter rarum coniiciuntur, catino lato supposito, in quam humor defluat, ossa cochleari vnco, furcella eximuntur, reliquum mantili mediocriter intorto exprimitur. Nam valens expreſsio turbidam faceret gelatinam, vt pedes veruecini nigram nisi exactiſsimè lauentur & purgentur. Mox adeps flatu deturbatur, & cochleari deraditur, iniectis posteà albuminibus clarificatur. Additur sacchari libra vna, cinamomi boni craſsius triti vncia vna, in cremoris libras quinque aut sex, & crocus si flauum vis aut linteolum succo florum cichorii aut alio quouis imbutum, vnde opinor id linteolum tornesol vocant, vti & florem cichorii solsequium, & gyra solis & sponsa solis vulgò dicitur, quia cum sole vt alii flores multi circum

circumagitur. Mox calidum adhuc per manicam vt vocant, Hippocratis colant prope ignem, ne ante tempus, frigore cõcrescat: neque per colum transfiuat. Vbi sponte sua fluxit, quantum erat fluxile ac liquidum in patinas distribuitur: loco frigido, vt concrescat, reponitur.

Sunt qui ichthyocollæ portionem cum prędictis incoquunt, vt citius lentescat, & magis glutinosus cremor euadat.

DE DESTILLATIONE.

DESTILLATIO humoris è succo tenuiori extractie vt caloris, ad hũc locum omnino pertinet. Quæ verò ad eius rationem, vires instrumenta, ignem pertinent, fusissime libro. 3. methodi componendorum medicamentorum docuimus. Hóc autem loco lectorem tantum exercere statui in quibusdam destillatis paulò difficilioribus.

Eodem loco & sectione nona Mesuæ, de oleorum genere quarto egimus, etiam de destillatione per ascẽsum, sic dicta, quod vapores sursum elati, ibi concreti, in aquam distillant: cuius nunc vsus est longè frequentissimus. Segmentis pini latifoliæ vas impletum, aqua rosarum affusa, si vase duplici destillas, succus emanans oleosus est odoratissimus, qui caphuræ aqua vulgo dicitur.

Si

Si rosæ quas incarnatas vocamus siccatæ, vapore aquæ calentis humectatæ destillantur, aquam rosarum bonam reddent.

Destillata vapore aquæ calentis vires & qualitates plantarum integrius retinent, sed quia excrementosa sunt parum diu seruari possunt. Diutius quæ cinerum aut arenæ aut scoriæ puluerratæ calore destillantur in vasis lapideis, aut vitreis, quantumlibet multis super longam aut rotundam fornacem tegulis intectam, quæ sustineant arenas altas plumbo alto circumdatas: sed vase hæc paulatim calfacienda & refrigeranda sunt, priusquam aëri frigido aperiantur: alioqui mox rumpuntur, quæ autem plumbo destillantur, omnino improbanda censeo, propter cerusam & qualitates alias plumbi maleficas, cum & aquam per tubos plumbeos deductam damnarit Galenus, quod dysenteriam excitat.

Destillatio per descensum nobis dicta in tertio genere oleorum Mesuæ, & quæ per hanc destillantur. Scillæ etiã recẽtes incisæ vasi inferne foraminulento sursumque lutato impositæ, si flamma circundatur, aqua in ollam aliã subiectam, simul cũ huius fundo lutatam defluet, quæ cum farina vel pane mista, gustata mures citò necare quibusdã creditur, citius si lithargyri paucum miscueris.

Rosæ recentes linteolo super peluim tenso impositæ, si vas carbonibus ignitis plenum acceperint: destillant aqua multa & odora in eam peluim. Eodem modo flores reliqui. Quæ etiam per descessum est destillatio.

Si duæ matulæ sibi applicentur, & superior rosis impleatur, & insoletur, distillat aqua odoratissima in subiectam.

DE COCTIONE.

CVM in omni destillatione coctio quædam fiat, per quam etiam aqua distillata succo est tenuior, & in omni coctione fieri destillatio possit, vt ollæ operculum aqua excoquendorum vapore plenum indicat. Cùm prætereà ambo calore fiant ordine optimo, nunc dicendum nobis de coctione est, cuius partem maximam lib. 3. de ratione componendi medicamenta scripsimus, ac identidem tibi repetẽdum est, ne bis de re eadem frustra sit agendum.

Coctio medicamentorum ferè fit elixando in humore calido, rarius assando in calore sicco. Coquuntur autem simul, aut per se simplicia frequentissimè, interdum & composita quædam.

Humor cui incoquuntur magna ex parte aqua est, ac ea vel simplex, vel medicamẽtoso; Simplex item vel pluuia vel fontana, vel

vel diſtillata: medicamentoſa verò eſt ſalſa, marina, aluminoſa, ſulfuroſa, bituminoſa, chalcantodes, carbonoſa.

Ad aquam compoſitam reducuntur, lixiuium, lotium, vinum, acetum, omphacium, ceruiſia, hydromeli, œnomeli, odomeli, oxomeli, oxycraton, lac, ſerum, ſucci plantarum liquidi, oleum: reſinæ recentes, adipes, butyrum, mel, ſaccharum humore pauco ſolutum, & variæ in vnoquoque horum generum ſpecies, pro variis medicorum ſcopis, vt etiam interdum humores duos plures miſcere ſit opus. Secundum cicerum decoctũ; lac vaccinum vel ouinũ ad coquendas radices eryngi ſatiui, raphani, dracontii, in Meſuæ. Quantitas verò huius humoris varia eſt, pro ſcopis variis, vt in diaſatyrio lac vaccinum vel ouinum ſit quantum duobus digitis ſupernatet, quod ſi coquendis radicibus id non ſufficit, nouum affundendum ſed calidum, vt in bis coquendis omnibus ſæpè admonet Galenus, in alimentis, quod & coqui obſeruant. In ſyrupis, & aliis coctionem requirentibus. Quantus humor requiratur, lib. tertio audies.

Calor autem coctionis autor eſſe poteſt quiuis rebus coquendis moderatus (nam à ſolo calore mediocri fit coctio) non ignis ſolius, ſed ſolis, animalis: calcis verò & fumi &

putredinis finiti, aut corticum calor admo-
lib.4.sim. uendis vsui esse potest, vt psorico Galeni: sumendis verò noxius fuerit, vt ex carbonibus non ignitis nec semiustis, ex lignis putribus. Calor enim huiusmodi vti & fumosus qualitatem alienam cum empyreumate rebus coctis imprimit.

Electarium rosatũ flamma lenta coquit Mesues, & syr. omnes igni lento.

Sint igitur ignis alimenta sicca & odora, vt sarmentum vitis, quo theriacem coquit Galenus: vel carbones semiusti, & qui tetram qualitatem iam exhalauerunt, sit autem primum blandus & paulatim si res postulat, intendatur, coctioni enim vehemens & repentinus nocet, quòd vrat, facultatem dissipet, empyreuma multum in re vsta non cocta relinquat.

Nec solum ignis calore, vt dixi, fit coctio medicamentorum, sed solis, vt scillæ, & ex ea acetum scillites dies. 40. Mesuæ insolantur, sæpe mouendo & hydromeli, & syrupus, alter calaminthes totidem dies, vel etiã duos, tres, plures menses flores populi &
lib.4.sim. abiectis semen oleo macerat Galenus, coquit, quodammodo multò magis si soli exponantur: quanquam quouis anni tempore fiat, vt psoricum ex chalciti dupla & lithargyro olla noua inclusum fimo, æstate

med

media diebus canicularibus quadraginta sepelit, sic dum theriaca & similes antidoti opiatæ menses, vel etiam annos aliquot ser uantur ad sui coctionem, quam fermentationem vocant.

Coquimus medicamenta, vel vt eorum vires imbecillas augeamus, incoctis simul his, quæ sunt valentiora, vel validiores minuamus, vel alienas in totum abigamus, vel vt ex omnibus facultate diuersis & sæpe cõtrariis simul coquendis facultas vna concrescat & coalescat. Adhæc ob destinatam medicamenti formam, aut sumentis palatum, ob simplicium naturam, ob custodiæ diuturnitatem etiam quædã coctione longa siccamus: vti ob aëris humidioris conditionem. *Gal. in theriaca & antidotes.*

Præterea vt purgētur, multa coquimus. Ignis enim vt calida cætera homogenea cogit, & heterogenea separat, vt simplicium vires in humorem cui incoquuntur transeant, quo fine fiunt syrupi, apozemata, oleorum quartum genus.

Horum exempla aliquot fuerint hæc.

Brassicam, lentem, ostrea bis coquimus aqua scilicet priore abiecta, & noua calente affusa cũ aluum per hæc sistere volumus, semel verò cum mouere. Sic allium, cepa, porrũ, ampeloprasum, & quicquid à veteri natura ad contrariã traducitur, bis coquen-

dum:sic tamen, vt nec aërem, nec aquam fri gidā attingat. Nam planè tabescere & percoqui amplius non poterit etiam si diutissi- *lib.2.al.* mè coxeris. Quod præceptum etiam medi camẽtis commune est, quibus liquor nouus *lib.6.sim.* consumpto priore est affundendus. Althæa adipibus incocta subigitur ad abscessus, coctu difficiles, aqua mulsa viribus varia Gal. & Me. pro coctionis quantitate.

Oxymeli quoque valde coctum flatus dissipat.

Ex Gal. simp. lib. c.ph.p. Ramenta loti arboris in aqua aut vino coquuntur ad capillorum defluuium, Gale. in simplicibus.

Melli alumen idem incoquit, radicem ti thymali, vel phlomi, vino vel aceto ad dentium dolorem.

Omphacium, succum mororum, vel bati norum, vel granatorum, vel rhu, vel cydoniorum, vel pyrorum agrestium, nucum viridicm, cũ [illegible] elle coquit in stomaticha reme dia, radicem & semen arctii ex vino.

Dracon[illegible] radicem bis, ter ex aqua coquit, vt acrimoniam deponat, & sit apta eclegmatibus.

Asphodeli radicem, vt amaritudinẽ perdat, quam scilla difficillimè amittit.

Bulbi radix cruda, vel semel elixa bona eclegmatibus, bis elixa amaritudinẽ totam dep

deponit,& fit eclegmati inepti, cępa, allium, porrum, ampeloprafum, cocta bis aut ter acrimoniam deponunt, adhuc tamen thoracica funt.

Ari radix in aqua aut fub cineribus cocta mitefcit, lib. 2. alimentorum.

Bugloffum in melicrato coctum arteriacum eft.

Brafsicæ fuccus cum melle coctus eclegma eft.

Dactyli etiam in mulfo aut paffo cocti.

Serofa & eadẽ acris fubftantia lactis coctione, vel immifsis lapidibus aut circulis ferreis ignitis confumitur ad dyfenteriam.

Hippuris ad eandem coquitur in aqua, fi febris adeft: in vino auftero, fi abeft.

Faba oxycrato incoquitur.

Inftrumenta coctionis fint vafa omnis generis, aurea, argentea, ærea, ftannea, ftannata, ferrea, terrea: fed hæc bene cocta ne qualitatem malam medicamento largiantur: & ea vel filicea, vt vocamus, feu cum Mefuæ lapidea, vel plumbata, præftantifsima funt vitrea.

Sunt ea autem vel fimplicia vel compofita & duplicia (balneum mariæ vulgò dicta) qualia ad oleam etiã calida & alia permulta Galenus commendat. Quæ tamen hodie ob auaritiam, negligentiam, malignitatem

non usurpatur. Fiant igitur vasa sibi incumbentia, sed interuallo vbique digiti vnius dissita, quod aquam contineat sæpe sufficiendam, nisi mauis vas minus quod medicamentum coquendum continet, in maius aqua feruenti plenum, & igni contiguũ immittere, Galeni more. In vase lapideo, id est siliceo, vt vocamus, coquitur miua simplex, & citra condita Mesuæ. Eidem vase duplici coquitur oleum rosatum, violatum, nymphæatum, melinum, papaueris, myrteum, ex pomis mandragoræ, & anetinum, chamæmelinum, sicyonium, irinum, rutaceum, nardinum, mastichinum. Sicque reliqua coquenda putem, quod oleum simplici vase coctũ assequitur odorem tetrum & ingratum, vt interim vires frigidas frangi, calidas intendi taceam, diacodiũ in duplici vase coquit Heras igni fumi experti.

Crustum ex maza vel luto circundatum scillæ vel scammonio & aliis eius generis vasis locum obtinet, vti crustum idẽ & malum acerbum aliquod vel cydonium ipsi scammonio est tanquam vas duplex.

Finis coctionis est cum scopũ nobis propositum attigimus, vel simplicem, vel etiã multiplicem, vt si medicamentum coquimus ad vires eius augendas, vel minuendas, vel ambigendas, dum quantum satis est auxim

ximus, minuimus, abegimus, satis coximus eodē modo in scopis aliis. Sic quædā coquemus ad dimidias, tertias, quartas, librarum duarum, trium consumptionem, dum omnia sunt probè vnita ad iustam crassitudinem, aut mellis sordium; cerati liquidi, emplastri consistentiam. Sapas coquendo siccamus, donec crassam assecutæ cōsistentiam, vt seruari possint: sic & syrupos, eclegmata, electaria, vnguenta, cerata, emplastra. De quibus singulis accuratius in modo singula hæc genera componendi libro tertio dicetur.

Diamorum cum melle coquimus donec gratum erit, & absumpta humiditate excrementosa feruoris & putredinis effectrice seruari annum vnum possit: id, quod mel citrà idoneam coctionem succo mororū præstare non potest, licet fructus integros cum pediculo certis interuallis ne se tangant, in se mersos loco frigido integros in annum seruet.

Testiculi ad Elec. diasatyrion. *Gal.*

Capita papaueris ad diacodium, capita ranarum ad oleum ranarum, vulpes ad vulpinum, viperæ ad pastillos theriacos, & oleum viperinum coquuntur, donec ipsa coquēdo in aqua intabuerint: stomatica & stomachica coques ad mellis, aut sordium crass- *Mesuer.*

ſitudinem.

Lib.6.ſa-nit.tuēdc. Electaria mollia ad ſimilem conſiſtentiam,ſolida verò coctum magis ſaccharum requirunt.

Syrupos cū ſaccharo aut melle,aut vtroque coquimus,donec lentore tenaci & craſſo inter extremos digitos explorato humorem excrementoſum propè conſumptum coniectabis.

Nicolaus. in ſyr. roſato. Cocti ſint ſyrupi quando incipiunt filum facere,ſiue cochleari,effundentur paulatim, ſiue inter digitos eius portio tractetur. Vel quādo marmori,aut vngui impoſita eorum gutta non diffunditur,nec aquæ modo diffluit:ſed concreta manet.

Quæ plena ſunt meliora,coctione deteriora euadunt:vt caſsia nigra,thamar Indi, thamar mannam, thamar Indos, medullam caſsiæ in ſuccis quibuſdam depuratis, diſſolutam coquit cum aliis ſemicoctis ad mellis ſpiſsitudinem in diamannæ, & in trypheta Perſica, & in cōpoſitione alkekengi. In confectione hamec eadem tria in infuſione colata diſſoluit,fricat manibus, colat, cum ſaccharo coquit ad mellis ſpiſsitudinem. In confectione mannæ Galeno tributa, mannam ſucco roſarum ſufficienti coquit igni blando ad ſufficientem coctionem, teromatum in aqua roſarum, & compoſitione ſeque

quenti, coquit eãdem cum saccharo ad mel lis consistentiam.

Emplastra coquimus dum manus attactu non inquinant adhæsu tenaci.

Coctum mel cum aqua, vino, aliis, in antidotos & alia composita, tunc est quando marmori propemodum nihil adhæret.

Coctionis & trituræ ratio propè est eadem in medicamentis, vt scilicet quantam hæc trituram viribus integris fuerint, tantum quoque & coctionem. Quæ enim magna, crassa, lenta, sicca, dura, densa, neruosa, membranosa, virtutem firmam, & valentem ac penitus mistam sortita longiorem sustinent coctionem, ob id prima vasi coquenda immittuntur: qualia sunt metallica, terrea, styptica, quatenus styptica sunt) rosæ enim, absinthium, rha barbarum, aloë, myrobalani, agaricus, amaram quoq; qualitatem in superficie habent, & eam purgatoriam, ac facilè resolubilem, ob id minus coquenda quàm styptica substantia postulat (radices ob id propè omnes, quia terreæ magis, incisæ, aut confractę, vt aristolochia, cucumer agrestis, hermodactylus, polypodium, & cetera, etiam post coctionem terendæ, vt promptius cribrentur in diasatyrio, Mes.

Sic rha barbarũ quando astringere con-

ſilium eſt, ac myrobalanos omnes diu coqui oportet: ſi verò purgare, tergere, aperire, parum coquenda, aut potius infundenda.

Meſues. Glycyrrhiza tamen parum diu coquenda, opinior ne cum admodum ſit dulcis, coctione longa dulcium cæterorum modo, amara euadat: præſertim cum iam vetuſtate amaricat, cum verò recens eſt humiditatem excrementoſam nacta, cum aliis radicibus initio coquitur, vt in ſyr. Hyſſopi, zizi phorum glycyrrhizæ, & thoracicis aliis.

Acria quoque diu coqui poſſunt ſi eorum acrimoniam obtundi volumus, niſi virtutem imbecillem, & facilè reſolubilē ſint ſortita.

Meſues. Colocynthis, centaurium paruum cū floribus & ſemine, plenam coctionem tolerāt.

Quæ contra ſunt minuta, tenuia, fluxilia & friabilia, humida, mollia, rara, virtutē imbecillam, ſuperficiariam, malè permiſtā ſortita parum diu coquenda ſunt, ob id poſtrema ſunt percoctis propè aliis iniiciēda, qualia ſunt roſæ & violæ recentes. Siccæ enim & harum ſuccus magis coqui poſſunt. Gingidium elixationē diuturnam non ſuſtinet Gal. libro. 2. alimentorum.

Bulbi exigua admodum elixatione ſunt contenti: Daucus autem ad eſum diutius eli xandus quàm paſtinaca.

Nul

Nullus florum coctionem recipit, ob id olea cum floribus facienda insolantur. Si autem flores valida sint odoris gratia, vt rosa, chamæmelum, quæ pluribus diebus constet, insolatu tenuius, & vtilius oleũ euadit. Qui verò flores sunt inualidiores, & facilius difflantur, minus diu insolantur, quia eorũ virtus promptè vanescit, vt lilium, violæ. *Paulus li. 7. c. 20.*

Parum diu integris viribus coqui possunt epithymum, flores stœchados arabicæ, diutius folia. *Mesues.*

Quæ verò has qualitates adhuc insigniores habent, coctionem nullam sustinent: sed sublatis ab igne aliis miscentur, vel adhuc calentibus quando firmiora sunt: vel iam refrigeratis plurimùm quando ne vis eius tenuis & lubrica calore solata in aërem exhalet metuitur.

Quæ purgant lubricando coctione non admodum iuuentur, Mesuæ: tamen cassia, manna, thamar Indi interdum ab eo coquũtur, sed parum, nec adeò, vt vis eorum lubrica perdatur.

Quæ in horum sunt medio coctionem tolerant mediocrem, vt absynthium, asarum, agaricũ, coccum gnidium, fumaria, senna, scilla, iris, hyssopus, thymus, turbith, semina omnia præterquam cucumeris, cucurbitę, melonis, citreoli. *Mesues.*

Rha

Mesues. Rha barbarum exquisitum multam satis coctionem & trituram sustinet, raro autem & laxo etiam mediocris coctio est vehemens, & eius virtutem resoluit.

Ibidem. Thamar Indi coctionem ferunt mediocrem, multa enim vires eis omnes adimit. Ob id ipsi & casia liquore idoneo soluta, colata melli aut saccharó ad humoris consumptionem cocto adduntur, & ad iustam consistentiam percoquũtur, igni ablatis & parum refrigeratis pulueres miscentur.

Coquendæ igitur in plantis radices primæ, vt dixi, concisæ vel confractæ, quibus coqui cœptis semina sunt inicienda, exceptis seminibus cucumeris, cucurbitæ, melonum, citreoli, substantiam tenuiorem vreti cam sortitis. Tunc etiam cortices & ligna modice confracta. Post hæc herbæ siccæ parum concisæ, aut si crassiores sunt, confractæ, deinde virentes, incisæ minutim, aut manibus torquendo confractæ, excepto omni adianto, & lactuca agresti, quam endiuiam vocant.

Deinde fructus exossati, & semine purgati, excorticati & (si magni sint) incisi; vt pruna, ficus, myxa, zizypha, vuæ passæ.

Postremi flores, epithymũ, stœchas: sed chamæmelum licet tenuis sit essentiæ, quia tamen fortiter mistam habet facultatem,

longule coqui poteſt, vt ſchœnuanthos ſi haberi poteſt heliochryſum, ſtœchas citrea vulgo dictum.

Succi quoq; ſiccati, liquores, gummi, reſinæ, manna, caſsia, liquore aliquo ſoluta, ſub finem iniiciuntur. Liquores enim vino vel aceto ſoluti, colati, cocti, ad humores addi-ti conſumptionem aliis extra ignem miſcentur tudicula ſemper moti.

Moſchus, ambra, caphura, lapides precioſi, pulueres aromatici, & cordiales ab igne depoſitis, aliis etiam tepentibus iniiciuntur.

Roſæ autem, rha barbarum, aloë, agaricus, myrobalani, ſi purgatorium vis medicamentum parum diu, vt dixi coquenda. Nam vim eorum purgatricem ſuperficiariam, parum firmiter miſtam ab his corporibus raris coctio multa facilè diſsipat. Si verò aſtrictorium vis medicamentum, diu coquenda, vt diſsipata vi purgatrice, terrea & aſtringens tandem foras eliciatnr.

Violæ etiam parum coquendæ, quando purgare lubricando conſilium eſt: ſi atrahendo multum, vt facultas ea in ipſarum ceu centro poſita foras trahatur, coctionis vehementia. *Meſues.*

Scammonium ſi in pomo eſt precoctum, abſoluta coctione iniicitur: ſi crudum eſt, craſsius tritum miſcetur in media coctione:

non autem tenuius,ne etiam vis eius purgatrix exhalet,id quod & accidit coctiõe vel vnica,sed longa,vel duplici, vel si medicamentum diu ante vsum seruandum est,vel si accuratius ante coctionem teratur.

Scammonium autem si calorem sentit in grumos coagulatur:qua re fit vt interdũ, in vna dosi alicuius medicamenti, plurimum sit scammonium, in alia minimum: sicque inæquale est medicamentum,ob id ad finem iniicitur.

Quod autem trituræ similem esse viribus coctionem dixi,rectè accipiendum.

Calor enim ab igne vehementior,& tenuior,quàm ex attritu pistilli, mortarii,durorũ terendorũ:ob id etiã medicamentorũ vires citius dissipat coctio,quàm tritura.

Quapropter aromata teruntur quidem, quanquam minus quàm alia:sed tamen quãtum teri est necesse,non coquuntur autem, sed reliquis iam percoctis, & ab igne depositis,vt dixi,miscentur antidotis,vel mollibus,quales veteribus in vsu fuerunt, vel siccis & solidis nobis vsu frequẽtissimis, vt cinnamomum,agallochum. Sic aurum & argentum bonum & foliatum, quanquam diu coqui sustinet, vires tamen nullas coctum tradit maiores quàm crudum, sic margaritæ,cyanus præparatus, ambra, moschus non

co-

coquenda.

Coctio facta ad dimidias, tertias, quartas, vel aliam consumptionem, postea residendo, & albuminibus sæpe purgatur & colatur, deinde percoquitur, quod in syrupis frequenter obseruabis. Multis etiam coctio duplex debetur, vt vtriq; antidoto, alcanzi, catholico, diasatyrio vtrique.

Ad coctionem multis sæpe aliis medicamenta paramus. Quædam ante intus & foris purgamus, terimus, lauamus, assamus, vrimus, infundimus.

Quædam aliis iūcta illorum coctionem accelerant, sic vrticæ, radices carnibus incoctæ eas coqui celerius iuuant: vt cōtra nympheę radix incocta pisis, ea ad vnum olla velut eiaculatur.

Ichtvocolla cum calce viua cito cocta mox dissoluitur, sed vide an affectus calcis viuæ vires requirat.

DE DESPVMATIONE.

DESPVMATIO est spumæ detractio, cuius materia hoc loco est non solum succus quidam lentus includens flatum, vt Galeno in Aphorismis docetur, sed sordes omnis leuior à calore ignis exputata, vel etiam grauior albuminibus coacta & colligata. Despumamus autem nunc simplicia, vt succos, saccharum, mel:

nunc compoſita, vt apozemata, ſyrupos.

Mel cum aqua, aut vino, aut aceto, aut humore alio pro variis medici ſcopis deſpumatur. Nam per ſe coctũ mox immodicè efferueſcit, & derepentè exũdat, & flammis conceptis incendii periculum affert. Adhæc cum ſit dulciſsimum, euaderet amarum, ſi per ſe coqueretur donec deſpumatum eſſet.

Mel aqua dupla deſpumatur ſi alius humor nõ exprimitur.

Mel humore æquali hodie, quibuſdam deſpumatur, aliis duplo. Spuma autẽ intereà dum igni lento coquitur, cochleari pertuſo deraditur. Adhæc cum ad dimidias eſt coctum, & multum feruet, adduntur albumina ſingulis libris ſingula. Deinde calidum colatur, poſt percoquitur per ſe, aut cum condiendis & incoquendis medicamentis, ſpuma quoq; tunc ſicca emicat curioſè detracta, ſi per ſe ſeruandum eſt. Vel in rem præſentem paratur ad pulueres compræhendendos, qualia ſunt antidota omnia melle excepta opiata & ſine opio. Si purius eſt mel, ſufficit aqua æqualis, nec tantum albuminis requiritur: quod ſi puriſsimum eſt, nec deſpumandum, nec clarificandum.

Sed huius regionis mel cum ſit crudum & impurum, multam reddit ſpumam, ita vt deſpumando & colando ad dimidias minuatur. Quapropter pondus duplum ei quod compoſito exigit initio tibi immittẽdum,

ſi

ſi cum aliis deſpumandum incoquis: ſin minus deſpumato vtendum. Finis deſpumationis quibuſdam eſt tempus horarum circiter duarum cum igni lēto. Aliis rectius cum ſpumare deſinit, aliis donec aqua erit conſumpta (quæ res bullis cognoſcitur) & mel idoneum lentorem acquiſiuerit.

Non autem probo cum ſeruitore mellis libram vnam coqui in aquæ libris decem, cōtinenter deſpumādo, & aqua hac propè conſumpta libras alias quinque addi, & his propè conſumptis alias quinque. Hoc enim modo mel aut vri, aut totum vaneſcere eſt neceſſe etiam ſi aqua adſit largior.

Sæpe autem mel per ſe deſpumatur & purgatur, cum tam longam non ſuſtinet coctionem aliorum natura, cum quibus mel coquēdo deſpumaretur. Interdum cum his deſpumatur cum ſcilicet multam coctionem viribus integris ſuſtinere poſſunt, vt in diacydonio mel coquitur cum ſucco cydoniorum, & coquendo frequēter deſpumatur, & aliis paſsim. Frequentius tamen per ſe (vt dixi) deſpumatum miſcetur conditis, ſyrupis, antidotis: rarius crudum, præſertim noſtras. Quod autem album Gallia Narbonenſis thymo paſsim luxurians mittit, eſt præſtantiſsimum: nec Attico aut Hyblæo inferius, cum regionis temperatura & thymi larga

luxuries vtrobique consentiant.

De saccharo idem quod de melle dicendum, cum sit ipsum mellis species etiã Dioscoridi & Galeno.

Impurum enim & nigrũ, aut nigricans in triplo humore despumatur, cũ ad dimidias est coctum, & valde feruet, adduntur albumina singulis libris singula, colatur calidũ, post percoquitur studiosè: interim etiã despumando, si spuma aliqua appareat.

Si aũt purius est satis est dupla aut æqualis (vt ferè fit) aqua, & pauciora albumina si purissimũ, nec despumãdũ, nec clarificandum.

Succi fluxiles recipiendi in syrupos, apozemata, electaria, quædam igni despumantur, residendo clarescũt, & in colo laneo terreũ excremẽtum relinquũt, interim verò etiam additis albuminibus, & melle aut saccharo purgantur, quoties in syrupos, vel apozemata coquuntur, vt in syr. bizantino, & aliis, & in elec. psyllii. Qui verò succi in emplastra recipiuntur, vel sole, vel igni post mistionẽ siccantur, non despumantur.

Liquores verò solum colũ purgãtur post dissolutionem, nõ etiam despumantur, tantum abest, vt clarificentur. Idem de metallicis & animalium partibus constituet.

Quod si simplicia omnia sunt pura aut purgata, satis est horum decocta per colum laneu

neum aut tela laneũ:sed modicè densum se mel aut bis transmittere sine vlla expressio ne,colo,si opus est,mutato,deinde ipsum im mitte in saccharum,si impurũ erat clarificatum.Si autem purum est, clarificatione non egetur,& percoque donec humoris:seu decoctũ est,seu succus,seu aliud,vnciæ tãtũ circiter duæ : aut si succi sunt glutinosi, etiam tres & quatuor in sacchari libra supersint.Si succi acidi,percocto iã saccharo propè toti inuoluuntur, vt dicemus initio syruporum.

DE CLARIFICATIONE.

CLARIFICATIONIS obiter in despumatione memini.De ipsa auté nunc pauca mihi sunt dicéda quod hæc rerũ liquidarũ decoctis debeatur expurgandis, vti & despumatio& colatio,vt sorde crassiori purgata,sint gratiora palato, & in corpus facilius distribuãtur& salubrius.Clarificãtur aũt quædam per se,dũ quod fœculétũ est subsidet:vt succus rosarum, limonum, cydoniorum,citrorum,ribes,oxyacanthæ,granatorum, siue mox reponantur loco frigido, siue in officina aliquandiu seruantur. Quædam interueniente coctione à sole,vel igni, vt succus pomorum dulcium & acidorum ad dimidias coctus dies duos quiescere permittitur,donec clarescat : vt syrupus de pomis Mesuæ fiat,sic succus acidius citri ad

partis tertiæ consumptionem coctus & cola tus quiescere permittitur, donec clarescat, & succus granatorũ ad partis tertię cõsumptio nem coctus, biduũ quiescere finitur, vsq; dũ clarescat in syrupo ex succis fructuum acido rum. Tamẽ acidi succi hodie in syrupos ali ter, vt dixi, & in syrupis dicturus sum, reci piũtur. In his aũt coctio ratione optima ad hibetur, vt calor homogenea in vnũ cogat, & separet heterogenea: qũo vrinæ in nobis cœptæ coqui turbidæ si reddãtur, posteà te nuantur, & clarescunt, subsidente crasso.

Cum verò calor ignis sordes in succis ex quisitè separare non possit, vt noster calor natiuus aliena coctione perfecta segregat, cúmque metuimus ne coctione tam longa succorum facultates corrumpãtur. Satius pu tauerunt medici cœptam ab igni sordium se cretionem arte alia iuuare, & ea multipli ci, nunc quiete succi post coctionem, vt nu per dixi, nunc aceto simul incocto: nunc agi tatis diu albuminibus, vt interim despuma tionem omittam & colationem à nobis ad hiberi solitas ad perfectionem succorũ, vel decoctorum purgationem.

De ea autem clarificatione, quæ fit per se & post coctionem residente, satis est dictũ, de ea quæ fit per acetũ & albumina iam no bis dicendum est.

D ee

Decocta & syrupi si acetum recipiant per se, vi aceti nonnihil purgantur: melius autem si etiam albumina accidãt. etiam si post colaturam acetum recipiant, quando nihilo minus continenter est despumandum, quòd acetum etiam ex purgato iam decocto spumas & spurcitiam quandam iaculetur.

Nicolaus in syr. rosato.

Oui albumẽ ex aqua frigida scopulis agi ta, donec in spumam abeat, quam particulatim syrupo, vel alteri decocto feruenti inspergas: & vbi nigruerit, cochleari foraminulento deradas, nouam inspergas: id fac donec erit syrupus clarior. Alii vbi ex bullis clarius decoctum vi ignis factum animaduertunt in id tepidum (nam calidius albumen coqueret in frigidiore minus promptè & parcior spuma elicitur) albumina singulis libris singula, sed etiã pluribus pauciora iniiciunt, scopulis agitãt, vt spumescat, saccharũ in particulas confractũ coniiciũt, recoquũt: vbi spuma subsedit, igni aufertur, calidũ, si crassum est & vix colabile, colatur, si facilè colatur, sed turbidum, tepidum vel frigidũ colatur, per manicã Hippocratis, melius autem per pãnum clauis quatuor, angulis quatuor firmatum. Colatur autem ter, quater, si non satis claruerit: si ne sic quidem albumen separatim in aqua agitatum, scopulis inspergitur decocto igni reddito, spuma illa

vsta, alia iniicitur, idque toties donec bullæ clarum satis produnt. Tunc colatur quoties est necesse.

Cribrationi colatio, vt ante dixi, est per similis: sed illa ferè siccorum est, hæc humidorum. Illa corpora grãdiora foraminibus cribrorum non transmittit, hæc sordem humore crassiorem transitu prohibet.

Eius differentiæ ex eo sumuntur, quòd quædam calidissima colantur, quædam frigida, quædam tepida. Item quòd quædam vno, alia duobus, alia tribus colis egent. Itẽ quædam colis lineis, alia cannabinis, alia tela laneis, alia setaceis & staminneis, vt vocãt, alia nouis, alia detritis, alia raris, alia densis, alia bis, ter colanda donec nobis propositam perspicuitatem sint assequuta, vt in syrupis, ex succis fructuum & herbarum, & ex decoctis leges.

Quę crassa sunt aut lẽta calidissima sunt colanda, & humore ampliore vel tum diluenda sunt, vel initio coquenda, vt facilius trãsineent. Colo eadẽ raro & detrito promptius colantur, non tamẽ purius, sed frequẽs colatio coli densitatem supplex, ac raritatis incommodum redimit.

Oenomeli colatur panno raro.

Tenuia vt succus limonum, citri, semifrigida, colo denso, & nouo colari possunt, aut

si

ſi tribus colis ea vis purgare, ſummũ ſit ſtamineum, medium panneum: ſed vetus infimum panneũ & nouum, vel aliter denſum.

Sacchari libra ſi aquæ tantum vnciis octo ſit ſoluta, cocta, clarificata, panno rariore colanda eſt.

Colis tribus vſi ſunt maiores noſtri, ſummo, minimo, & rariſsimo, infimo, maximo & denſiſsimo, tertio horum medio magnitudine, raritate, ſitu, vt tamen ab vtroque digitorum. 4. interuallo diſtaret.

Magnitudinis autem & texturæ horum ratio erat, vt primum ſordes tantum craſſas tranſitu prohiberet, ſecũdum etiam mediocres, tertium etiam tenuiſsimas, vt ſcilicet quod ad hoc tranſmittebatur eſſet illime, & ſordis omnis expers. Si verò ſolo raro vſi fuiſſent, colata fuiſſent impura et non colatis ſimilia, vt ſi per linteũ colas aliquod decoctum, ſi ſolo déſo id à craſsis ſordibus ſtatim obſtructum aliis viam negâſſet ob id vel mutandum, vel ſæpe abluendum fuiſſet. Quod ſi vnico voluiſſent vti medio, rationabilius & facilius vſi fuiſſent. Minimum verò primùm, quia in eo humor incipit latius ſpargi verſus panni ambitũ, vt vides non in laneis tantum, ſed etiã lineis. Gutta enim medio infuſa ſe in vicina ſpargit.

Ex omnibus autẽ partibus quas imbuit,

defluit,ita vt in secundũ influat latius,quàm in primò humor contentus cernitur. Secundum item latius imbuitur quàm quibus partibus humorem à primò incipit, & pluribus partibus stillat in infimum quàm sit contactum à defluente ex primò humore.

Male igitur primum statuas maximum, quanquam ex hoc nullum sequetur incommodum aliud,quàm quod otiosa est hæc capacitas: Satis enim est si capiendo humori sit satis:quantum intelligi volo dum minimum requiro. Non enim minimum absolutè volo,sed aliis duabus angustius: si verò infimum sit minimũ, multus humor ab hoc non colatus propè ipsius oras in vas subiectum defluet.

Nunc vnico vtimur colo magnitudine & textura mediocri,sed eius actionem ante iuuamus clarificatione per albumina omnẽ spurcitiem cogente, adiuuante id frigido. Quæ enim clariora volumus, frigida colamus:aut si talia non permeant,tepida,quæ si semel colata non sunt pura satis,iterum & tertio colamus, & rectius colum aut lauamus aut mutamus. Id quod etiam facimus dum tardius humor permeat: si autem tardius transfluat ob decocti crassitiem aut lentorem,vel calidius colamus, vel per colum rarius,vel si compositi natura patitur liqui-

di

dius aliquid & tenuius miſcemus, vt dum cremori hordei colando, aut piſorum, aut fabarum, aut ſimilium decoctum ipſum affundimus. In tarda autē hac colatura, caue, tudicula vel digitis fundum coli ſcalpas, vt colationem celeres. Sic enim turbidum erit colatum: ſed vt dixi muta colum aut laua, aut humorem redde liquidiorem, vel igni, vel miſto humore aliquo.

Colamus quoque etiam citra coctionem quædā, vt lac recens mulctū, vt pilos & ſordes alias foris illapſas ſeparemus, quē vſum ruſticis, & paſtoribus præſtat interdum aparine. Sic hodie vinū cū ſaccharo & cinnamomo per cola lanea oblōga pyramidis figura (quæ caligas & manicas Hippocratis appellant) colamus ter, quater, donec omnino clarū erit, idq; Hippocraticū quoq; vocamus, tanquam inuentore Hippocrate dignum.

Aliter etiam cum melle, & cæteris colamus ad claritatem, & œnomeli id, ac melites vocamus claretum.

Modo per ſimili gelatinam quam vocāt colamus, vt ante à nobis eſt ſcriptum.

Quædam his citius clarificandis miſcentur, vt ſi vni quartæ vini albi duos lactis digitos miſceas ante colaturā, ipſum mox clariſsimum reddunt.

Aliter quoque res turbidæ colantur aut

mistę: sic in Aegypto aquam Nili turbidam vasis figulinis crudis colari docet Galenus, vt tantum quod clarissimum est per vasis poros, aut etiam teneram & mollem substantiam perfluat. Parisiis autem Sequanæ aquam, & Romæ Tyberinam, vasis figulinis coctis probè & siliceis præsertim, aliquã diu in cella vinaria deponunt, vt refrigeretur, & simul residendo sordem terream in fundum deponat.

Aquam quoq; turbidam colabis per arenas puras vasi immissas inferne pertuso, foraminibus exiguis aquæ peruiis inuiis, arenæ.

Vinum quoque aqua mistum per cissimbium, id est, vas hederaceũ tenue, citò perfluit: aqua autem in eo retinetur, vt sæpe sumus experti, ex Catonis doctrina.

DE AROMATIZATIONE.

AROMATIZATIO nobis vocatur conditura quædam, compositis ferè ad odoris spiritum animalem simul & vitalem, & cor ipsum recreantis gratiam, adhibita mistis rebus aromaticis.

Simplicibus, vt moscho, ambra, caphura. Zingibere, cinnamomo, macis, croco, calamo aromatico, spica, pipere albo, longo, nigro, caryophyllis, mastiche, xilaloë, cortice citri, santalis, vel compositis, vt Gallia aromatica, Gallia sebellina.

Mes

Mesues aromatizat moscho diasatyriũ aqua rosarum soluto, & aliis misto electarium, sarbotens diasatyrion, secundum aromaticum, rosatum stomachicum.

Syrupus ex corticibus citri, cydonia condita. Citra autem cõdita, moscho & ambra aromatizat.

Caphura autem syrupum acidum de pomis, Trocischo Galliæ Sebellinæ, moscho, ambra, caphura.

Hydromeli quidam aromatizant specie bus, vt zingibere, croco, cinnamomo, macis, & similibus.

Nodulus ex panno lineo raro continens croci, cinnamomi, calami aromatici, spicæ, zingiberis, piperis nigri & longi, ana drachmam vnam & dimidiam syrupo stæchados immittitur, & suspensus manet ad condiendũ, seu aromatizãdũ, sic mina aromatica nodulo aromatũ pleno in ipsa suspẽso & sæpe confricato, vt ante in cõfricationẽ diximus.

Syrupus de mentha aromatizatur Gallia aromatica.

Conditum citri gallia, moscho croco, mastiche.

Conditum buglossi, moscho & gallia.

Syrupus ex omphacio, caryophyllis.

Syrupus intybi compositus santalis, cinamomo, xylaloẽ, cortice citri.

Si

Sic alia multa præter cõſiſtentiæ & ſaporis gratiã, odoris quoque iucunditatem, ſed etiã coloris, de quo mox, requirũt. De quibus abundè à nobis ſcriptũ eſt in methodo medicamenta cõponendi, dum hæc rationẽ in cõpoſitis habere docebamus, interdũ ſine qua medicamẽti actio non fiebat, & per quam melius fiebat. Iulepos ex ſyrupis & aquis deſtillatis hodie miſceri ſolitos, apozemata, cinnamomo, & ſantalis aromatizamus, immiſsis colo horum drachmis circiter duabus in humoris libras ſingulas, aut pluribus, aut paucioribus pro vario medici ſcopo. Et vinum aromatites, & quod Hippocraticum vocant, & alia multa aromatibus condimus.

DE COLORATIONE.

COLORATIO quoq; multis medicamẽtis acquiritur ad gratiã magis & iucunditatẽ, & terrorem auferẽdum, & cauſas alías, quod etiã lib. 2. methodi medicamẽta cõponendi docuimus. Sinopidem aliqui, alii ochram cerato Galeni dia euphorbiu miſcuerunt, vt hoc colore fucatum ceratũ, vnde cõponitur, lateret miſceri poteſt floris ſalis aliquid, aut ſimile quod colorẽ eius mutet, neque vim eius minuat.

Gal. lib. 6 methodi.

Idẽ ibidẽ.

Quæ Galeni verba diligẽter ſunt obſeruanda, ne ſcilicet coloris mutãdi ratio vires

nou

nouas medicamēto acquirat,aut priores augeat,vel diminuat,siue colorē mutare libet noua re mista,vt in oxycroceo:siue vno aliquo simplici aliter atque aliter pręparato,vt ceratū Galeni ex ærugine cruda viride est ac terreus ægros ex eadem vsta est melinū, vt Galenus docet lib.1.c.ph.g.

Sic ex cerusa cruda emplastrum est album, ex ochra pallidum, ex iisdem probè vstis rubrum.

Solus quoq; motus colorem quæsitū sæpe medicamento acquirit, vt ex lithargyro nutritum longò pistilli attritu fit albius.

Penidia quò diutius rudicula,& manibus tractātur eò albiora euadūt,etiā si ex vili & impuro saccharo fiant,sic pilulæ albæ, diairis simplex.diatragacanthū frigidū, sic saccharum rosatum,& saccharata reliqua.

Mel crudum & coctum in antidotis diu cōmiscēdo albius euadit,& cætera mellita.

Iulep coctum ad succorum in syrupis cōprehensionem,baculo diu versandum, vt albescat,& alia multa simili agitatu albēscūt, fortè quod aēr multus in commiscendo receptus alborem conciliat.

Sic album rasis vnguentum & citrinum, & emplastra diachylon, & ceratum Galeni refrigerās album,de cerusa,gratia dei multum diúque subigendo,trahendo albescūt,

&

& oxycroceum pallescit.

Oesypus quamuis niger est, multa agitatione album facit emplastrũ, vt glutinosa alia.

DE EXCEPTIONE.

Excipivntvr & comprehendũtur colliganturque, seu vt vulgo loquuntur incorporantur medicamẽta humore aliquo ad saporis gratiam diuturnitatem, virium conseruationem,fermentationem, medicamenti constituendi formam,vsum dexteriorem.

Elegma ad asthma melle excipitur, vt sit suauius & vsui aptius.

Elegma amygdalatum excipitur melle, & succo fœniculi.

Electaria propè omnia, præsertim mollia melle excipiuntur ob dictas causas, sicca saccharo humore aliquo soluto, pulueres succo cucumeris agrestis comprehenduntur in hiera Hermetis.

Pilularum materia excipitur vino, succo absynthii,solani,foliorũ citri,brassicæ,apii, intybi, pilulæ aureæ muccagine tragacanthi, coctiæ rasis, & Mesuæ succo absynthii.

Pilularum hermetis species ladano excipiuntur cum pistillo calido.

Trocischi galliæ moschatæ cõprehendunt

duntur muccagine, tragacanthi in aqua rosarum soluti, vel ambra oleo balanino soluta.

Mel quo solutiua excipiuntur vino quā aqua potius coquendum & despumandum, nisi aliquid prohibeat.

Exempla alia ipsius, vt sic dicā, incorporationis in electariis Mesues antidotisque aliis & ceratis, & emplastris tam sunt multa, vt nemo desyderare posit: nec plura descri bere libuit, ne oratione prolixa displicerē.

DE FORMATIONE.

ORDINE rerum gerendarum succedit medicamentorum cōprehensioni ipsa eorum formatio cuique composito sua cùm scilicet vnumquodque formam habet idoneam, quæ in quibusdam à consistentia differre non videtur, vt in conditis, sapis, syrupis, elegmatis, apozematis, antidotis mellitis, pilulis, trocischis, vnguentis, ceratis, emplastris. Forma ipsius compositi est consistentia liquidior, crassior, mediocris. Sed in multis præsertim siccis, præter hanc consistentiæ formam alia quædam nostris manibus, aut alia re apprimitur, vt saccharum in vasa dum recens coctum est coniectū, Illorum formā pyramidis, scilicet ac metæ cuiusdam retinet, & quę ex saccharo imagines formātur, aut cera, aut alio dum calet liquido, ob id terminū alienū facilè induente dū

ref

refrigeratum coiuit duro,ob id formã tunc assumptã pertinacius retinente:sic electaria solida & tessellas. nũc rhõboides, nũc quadratas,nũc quadrãculas:sed altera parte longiores,quales manus Christi vulgò dicuntur,nũc triangulas:sic pilulas fingimus orobeas.i.magnitudine & figura orobi, vel ciceris,scilicet orobei, nõ arietini quod inæquale cùm sit & acuminatum, figurã habet pilulis ineptam. sic & κόκκια, id est granula, seu pilulas paruas(vnde vt dicemus libro.3. pilulæ cocciæ rasi, & vulgò dictæ videntur)granorum,scilicet paruorum magnitudine & forma fingit Paulus.

Nicol. Alex. in gallia moscha ta.

Trocischi quoq; cõplanãtur,& in medio cauãtur, & ferè posteà sigillo aliquo presi notãtur. Qua de re mox quoq; dicturi sumus,vnde & à forma hac,vt pilulæ à paruæ pilæ effigie nomẽ sibi adoptauerũt,& præter id aliæ quoq;. nã cyclisci.i.parui circuli, & artici.i.pastilli, seu parui panes etiã Græcis appellantur. Sunt enim velùt circuli, hoc est,superficies planæ vna circũferentia à cẽtro æquidistante conclusæ, non autẽ sphærica sunt corpora,vt pilulæ.

Cerata & emplastra formamus in offas, quæ apud Galenũ μαγδαλίαι vocãtur (vnde vulgò corruptũ puto vocabulũ magdaleones)hoc est,cylindraceæ quædam figuræ.

Quæ

Quædam trahēdo manibus ex vnco ferreo producuntur, intorquentur, & in quālibet figuram mutantur, vt penidia, & quæ alpheni vocant.

Qualiter quibuſdam quoque trahuntur emplaſtra, diachylon, gratia dei, ſed poſt in magdalias componuntur..

DE SIGILLATIONE.

SIGILLATIO quoque (vt vocant) ſeu ſigilli alicuius impreſsio, inter præparationis differētias numerāda eſt. Quæ quāuis haud ita magnarū virium eſſe videatur, vt cùm ex pilulari forma per ſigillū ligneū fingis trociſchos, tamen & per ſe veteribus magni momenti fuit, & per accidens ſigillatio. Per ſe quidē, cum terram Lēniam ſigillo Dianæ imaginem habenti notabant, à qua facultatem aliquam his trociſchis imprimi putabant, vti & Nichepſos rex anulis inſertum iaſpidem viridem draconis radios habentis imagine ſcalpi volebat, quod tamen ceu vanū reiiciēdum cenſet Galenus. Quāquam & illa Dianæ imago in ſphragide lemnia, hoc eſt in ſigillo, ſeu ſigillata terra Lemni inſulæ, etiam per accidens proderat, quòd paſtilli hac notati planè veri ſignificabātur, non quo hodie modo omnes adulterinæ noſtrates terræ ſigillatæ. Iidem ad me Conſtantinopoli ſunt delati, characte-

ribus variis à Turca obsignati.

In pastillis quoq; Theriacis, & medicamẽtis omnibus, quæ ab exteris corrogamus, vtinam vel characteres aliqui, sed certi fide, vel publica, vel principum apprimerentur, quòd pannis laneis, & sericis gentes multæ etiã hodie factitant. Non enim toties grãdi pecunia adulterata & spuria pro veris reciperemus, aut saltẽ qui vendunt primis institoribus, & hi deinde aliis, chirographo, aut sacramento aliquo cuique verendo vera se vẽdere affirmarent, sed nostra opinor socordia illos efficit audenter furaces. Cum enim vera ignoremus, neque illa nouisse multum hactenus sit à nostris pharmacopolis laboratum, facilè illis imponitur, Incumbite igitur, incumbite modis omnibus, vt vera deinceps habeantur. Homini elephãtico dedi, non multis ante mensibus trocischorũ theriacorum libras propè duas, quibus non est mutatus magis quàm si terram sigillatã nostratem deuorasset, tamen qui vendidit affirmabat è monte Pessulano allatos & veros. Quod tamen falsum illi ex Galeno probaui, tamen quia egebatur, & veros affirmabat, grãdi pecunia emimus, nullo tamen, vt dixi, successu. Quæ si aus in cæteris quoque medicamentis, nisi diligenter cauetur, latè patet, magna animaduersione coërcenda.

De

DE REPOSITIONE.

REPOSITIO medicamentorum tam simplicium quàm cōpositorum in locum aliquem, tum cōmunem, tum propriū ad cōseruationem (de qua mox dicam) magni est momenti, & item quod quædā per se reponuntur, alia cum aliis ipsorū virtutem conseruantibus, vel etiam augentibus, aut saltem quam minimum fieri potest minui permittentibus. De hac generatim quædā diximus libro tertio methodi medicaméta componendi, sed hic paulò fusius dicēdum.

Reponimus quæ seruari volumus, cōseruationem verò nihil tam vitiat quam putrefactio. Quā ambiēs calor, aut frigus, aut aër corruptior, aut excrementosa rei seruandæ humiditas, & calor imbecillus accersere solet, ob id quæ integra diu seruari volumus omnino siccamus, tū absumpta ipsorū superflua humiditate, tum mistis siccātibus: sæpe etiam astringentibus, sic condita, sapas, syrupos, antidota ex humidis persertim temperata, pilulas, trociscos, & vnguenta quædam & cerata & emplastra igni, vel sole siccamus, misto his quæ sumuntur etiam melle, aut saccharo, aut vtroque remedio siccante: aliquibus, & acetum, & sal prosunt, aliis metallica, & terrea ob siccitatem putredini diu resistentia.

Ergo quæ reponēda sunt simplicia, & cō posita omnino quantum opus est sint sicca: sic & vinum feruendo in lacu, aut dolio humiditatem corruptionis sui, & feruoris autorem si validum est, nec ea tam multa cōsumit, calorem externum vitamus fuga solis, & res ipsas in loca minus calida, aut etiam frigida seponendo. Frigus immodicum & gelu ab his tantum prohibemus, quæ humida cogi possunt, vt aquis destillatis.

Calorem internum imbecillū fouemus, prohibita eius exhalatione, ob id quæ seruamus omnia loculis clausis, & vasis obturatis reponimus, nisi valentissima sint, theriaces enim vas sæpe detegi vult Galenus, vt expiret. Ad hæc rha barbarū, vt viribus integris diutius seruetur, vel cera sola, vel cera cū terebinthina, aut melle albo circunlinit Mel. vel psyllio, aut milio mergit. Agaricū idem cum zingibere, dauco ligustico, polipodio querno seruat vt eius actio vegetior reddatur. Aloë seruatur cum aromatibus aut bdellio, & alia similiter in Mesuæ simplicibus.

Cassia verò in fistula sua fœlicius seruatur, nec purganda ante vtendi tempus. Fistula autem in sabulo cellis vinariis infossa, siccari præpropere prohibetur.

Colocynthis integra diutius seruatur quàm emedullata, & melior ac salubrior

eva

euadit cum mastiche,galanga, & aliis stomachicis,hepaticis,cardiacis.

Phialæ succo rosatũ,granatorum,limonũ,cydoniorũ,& similibus seruando destinatæ habeant in fundo emissariũ,ne inuertendo fuga olei superfusi succus turbetur,& fex continui misceatur,& sic turbidum pro puro succum vsurpes.

Crusta quæ melli & medicamentis quibusdã tempore accrescit integra & immota seruãda est,si vis pharmacũ diu manere integrũ & immutatũ. Gal.lib.2.alimentorũ. Quę prouidẽtia succis prędictis,vino quoq; & cæteris est communis. Diabesasa stanneo vase reponi vult Heras li.8.cõ.ph.p.Gale.

Medicamentum stomachicum vase corneo reponitur,eodem libro.

Terebinthina vase ex ferro albo aut vitreo aut siliceo seruatur melius quã ligneo aut terreo, nisi sit vitreatum. Vase vitreo vel plumbeo hieram reponit Paulus.

Theriacen vase non ligneo,vt hodie fit, sed pretioso reponit Galenus.

Oleum vase siliceo,lapideo,plumbeo in cella vinaria probè diu seruatur.

Pulueres cardiaci vase vitreo strictioris operculato reponuntur.

Flores & omnia iucundum odorem reddentia arculis tilaceis.

Semina etiam chartarum inuolucris, & suis folliculis vtilius, & innocentius interdũ seruantur. Liquida medicamenta seruantur densiore materia, vt argentea, vitrea, cornea. Fictili etiam, modò non rara: interdũ & lignea. præsertim buxea. Ocularia medicamenta & alia quę acetum, picem liquidã, cedriam recipiunt, æneo vase seruanda. Adipem & medullas vasis stanneis, seu ex plumbo albo reconde, hæc Dios. Herbæ igitur siccétur & fasciculis aut manipulis colligatę.

Quæ cõponendo cocta, aut aliter calfacta sunt, non nisi refrigerata sunt reponẽda.

Diacodium refrigeratum reponit Damocrates, apud Gal. lib. 7. c. ph. p. & similiter composita propè omnia Mesues.

Loco non vluginoso & madente reponantur medicamenta, exceptis paucis, sed ædium parte ficciore. Quæ reponuntur si prætereà feruere debent, vas non repleant, vt sit locus & spacium quo perspirent: sic vina doliis non plenis reponuntur primò, sic conseruæ insolatu coquendæ, vasis non plenis coquũtur, sic theriacen vasis non plenis reponit Galenus, quo tempore adhuc à suo calore coquetur & feruet.

DE CONSERVATIONE.

HAEC de repositione sufficiant, in quibus tamẽ ob rei affinitatẽ cõseruatio-

nis

nis quoque obiter coacti meminimus, ſub qua & medicamẽtorum ſimplicium & compoſitorum durationis tempus comprehendimus. Vt enim non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri, ſic non ſatis eſt medicamenta probè delecta eſſe, ſed ad conſeruationem commode repoſita eſſe, & quandiu integra conſeruari poſſunt, ſciẽdum eſt. Nam ſi mors etiam ſaxis numinibusq́ue venit, omnia tam ſimplicia quam compoſita aliquando corrumpuntur, hæc citius, illa tardius: idq́ue vel ob peculiarem cuiuſque naturam, vel aëris conſtitutionem, vel repoſitionis differentiam.

Hærbæ quotannis ſunt mutandæ, & flores, & quæ ex his deſtillantur aquæ præſertim quæ vaſe duplici, aut vapore ãquæ feruentis deſtillantur. Humidiores enim ſunt quam quæ ignis flammat, & carbone etiam per cinerem, ſcoriæ ferri puluerem, ſabulum deſtillantur.

Aqua tamen vini quæ frequenti deſtillatione eſt purgata, diutius ſeruatur vaſe vitreo cera obturato. Seruantur autem herbæ ſiccatæ ſacculis cannabinis rarè textis ne putreant, néue puluerulentæ euadant.

Radices multæ diutius ſeruari poſſunt, vt in delectu diximus libr. 1. vbi & de reliquorum quoque duratione quantũ ſufficit

ſcripſimus,ſeruantur ſiccatæ per ſe aut conditura ex ſaccharo,aut melle per ſe ſuſpenſæ in aëre libero ſi magnæ ſint, in ſacculis cannabinis ſi paruæ,fructus in melle cõditi ſic,vt ſe nõ tangant,& loco frigido repoſiti annum ſeruantur recentibus ſimillimi.

Iidẽ & flores vaſi incluſi aqua fluente tecti annũ ſeruantur. Vinum muſteũ dolio picato impoſitũ,& eodẽ bene operculato ſepultum dies 40.aqua fluẽte,vel aliter pura, annum totum dulce permanet Catoni. Iidẽ cera inuoluti,farragini impoſiti, aut furfuri,diu ſeruantur recentibus ſimiles.

Herbarum quoque folia citra ſiccationem ſibi ſimillima diu ſeruantur inter papyri folia:ſiç tamen vt non præmantur,præſertim quæ ſucculenta ſunt. Nam hęc mox mucida & putria euadunt ſi præmantur.

Aloë etiam ſolario appenſa tres,quatuor annos viua,& germinãs ſeruatur,& aizoon, & telephium ob ſucci craſsi copiam.

Quin & cæpe,allii,ſcillæ, ari, dracontii, cotyledonis, ſatyrii, & aliorum quorundam radix bulboſa ſucco craſſo lento plena diu ſeruatur citra vllam à nobis,aut aliunde ſiccationem manifeſtam.

Metallica & lapides vbilibet probè ſeruantur,ſi ſordes & puluerem vitabis.

Compoſita autem medicamenta nobis

hodie variè seruantur, nam condita humida, elegmata, syrupi, electaria mollia, vase vitreo, vel siliceo, vel terra densiore potius quàm stanneo plumbi vitium retinente seruanda. Electaria autem sicca arculis faginis, aut pyxidibus vitreis, vt pulueres & trocischi. Catapotia aũt ferè aluta inuoluta, pyxide stãnea includũtur. Olea, vnguẽta, cerata liquida vitreis, lapideis, stanneis, emplastra verò in magdalias formata papyro vndique prӕterquàm extremi medio integuntur.

DE CONDITVRA.

De conditvra nunc dicẽdũ quòd ea sӕpe coctio quӕdam est (de qua & prӕparationibus aliis ipsam coctionem sequentibus abundè diximus) & cõditura conseruationi nõn parum confert. Conditura ferè est radicum, herbarum, cauliculorũ, aut germinum, florum, fructuum, seminum, interdum & corticũ. Fit item ferè saccharo, vel melle, vel vtroque, interdum syrupis, iulepis, sale, aqua salsa, aceto, & aliis quӕ siccãdo, & humiditatem superfluam absumendo, astringendoque à putredine res vindicant. Condiuntur enim prӕdicta ferè ad conseruationem tutiorem, sӕpe tantum ad saporis gratiam, sӕpe ad vtrunque, vt succus mororum in diamoro melle conditur. Possisque conditura generatim dicta etiam

ſyrupos, & antidota plurima, & pilulas, & trociſchos cõprehẽdere, quod hæc humore aliquo iucũdo cõprehenduntur, vt ſint iucũ diora, & facilius ſumi poſsint: ſic roſæ violę, & flores alii melle, aut ſaccharo cõdiuntur, & fit mel roſatum, violatum, vt in conditis Meſuæ diximus, & lib. 3. dicemus.

Cõditura fit humore hoc iucũdo per totum corpus condiendũ inſperſo, vt dum flores & fructus cõdimus, & corticẽ citri, & cucurbitæ, lactucæ, caules, & alia plurima: ſic myrobalani recẽtes cõdiũtur, aut humectatæ prius ſi erãt ſicciores, vt docuit in ſimplicibus & cõditis Meſues, interdũ tanquã crusta quadã ſaccharo integimus magis ad ſaporis gratiam quàm ad vires, vel augẽdas, vel conſeruãdas, vel minuẽdas: ſic ſemẽ coriandri, papaueris albi, abſynthii marini, aniſi, fœniculi, apii, & nucleos perſicorũ, ſtrobilorum, piſtaciorum, amygdalarũ dulcium, & ſi libet amararum ſaccharo integimus, & cortices aranciorum, cinnamomi.

Interdum condimus additis quibuſdam medicamentis aromaticis, vt emblicas myrobalanos aromatibus condiri Meſues ſcribit, & alia etiam compoſita: ſed condiri tũc aromatizari potius ſignificat, quanquam & ad ſaporis gratiam, id etiam fiat, vt in ſartura mox dicam.

Con

Condienda si magna sunt, ferè in particulas secātur, vt condituram promptius vbiq; sentiant, sic cydonia, sic persica, & radices magnæ sectæ condiuntur.

Tamē fistula cassiæ tenera cōditur integra, & nux moschata cū cortice viridi, qualis nostrarū nucū integra cōditur, et parua citrea, arātia, melones parui adhuc & teneri.

Quāto autē melle, saccharo, vel alia cōdiente materia sit opus, & quis modus condiēdi, hoc est incrustādi, præsertim semina, & nucleos, leges lib.3. sectione prima.

Flores capparis nondū apertos interspersо sale condimus, nam si soli reponātur, putrescunt. Eodem modo & in eosdem vsus flores genistæ, & his odoratiores sparti flores, quibus tamen post acetum affundimus quantum omnia tegere possit.

DE FARTVRA.

FARTVRA conditurae quædam differentia est: fit autē ferè dum cauitas quędam manifesta odoramentis, vel aliis scopo proposito idoneis impletur, quomodo & coqui pullos, anseres, porcellos, & alia quædam herbis nostratibus aromaticis, & floribus, & lactuca, & appetitis aliis, interdū additis etiam aromatibus farciunt ventrem totum inferiorem, & sæpè etiam spacia inania inter carnem & cutem vi deducta.

Sic elignatæ radices eryngii & sectæ loco matricis (cor vocant) caryophyllo, & cinnamomo humectatis farciuntur à Mesuæ.

Anserem exenteratum carnibus felis annosi, & herbis neruosis farcimus, vt inde eliquatus adeps sit medicamentosior.

Farcitur pileolus ex bombace, aut aliud epithema cephalicum, vel stomachicũ aromatibus, & aliis cephalicis, stomachicisque.

Præterea vt coqui carnes auium torrendas, caryophyllis, & frustulis cinnamomi cõfigũt ad odoris & saporis gratiam: sic nuces virides maceratas, & coquendo teneras redditas, & radices satyrii, ex secundo cicerum decocto ad iustam teneritudinẽ coctas, caryophyllis, & cinnamomi frustillis configimus, & cydonia in particulas cõdiẽda. Quæ res ad farturam, vel vna cum fartura ad aromatizationem reduci potest.

DE PVTREFACTIONE.

PVTREFACTIO coctioni simillima est, præsertim de qua nunc agimus, non enim de absoluta putrefactione, sed mutatione aliqua à calore externo, etiam rerum putrescentium, vt fimi corticum facta, vt oleum in folliculis vlmi inuentum, phialæ forti impositum cum folliculis si operculetur, & dies quindecim fimo equino multum ob putredinẽ vigentẽ calenti obruatur. Deinde

de insoletur, & quod eius clarum superna-tabit transuasetur, omnium vlcerum remedium est præstantissimum.

Sic ex vino facimus acetũ tenuius, & acre magis ac mordax. Facimus autẽ vel in solatu, vel immisso aceto valentissimo in vinũ, vel foliis, surculis & ramentis sorbi, vel parte acida citri immissa Galenus libro secundo alimentorum. Sunt qui linguas lampetræ nostratis ea causa immittunt.

Ex maza item fermentum, & ex lacte in primo animalium lacte nutritorum ventriculo corrupto fit coagulum, omnia ob putredinem acria, & caliditatem nouam adepta, amissa autem naturali.

Sic chalcitos partes duas lithargyri, vel cum Dioscoride cadmiæ partẽ vnam aceto accerrimo soluit Galenus, ac æstate media, seu diebus calidissimis quadraginta in olla noua fimo obruit, vt fiat psoricum. Talis putrefactio in vsu est maximo chymistis.

Sic adeps vetustate putris Galeno expetitur ad emplastrũ dichalciteos, & oleum vetus ac ita semiputre, vnde & graueolentiam acquirit: sic vetustate putrefactũ caseũ decocto pernæ salsę, coquit Galen. ad tophos.

Quid quod vinum & succi reliqui dum ab humiditate excrementosa feruent, quodammodo putrent, & flores saccharati, aut

mel

melliti dum insolantur, & antidota melle addito cum feruent.

li. 4. sani. tuendæ. Acopa item ex semine abietis, & floribus populi dum menses plures macerando perficit. Gal. etiam putrefacere videtur.

DE FRIXIONE ET *assatione.*

COCTIONI non modo affines sunt frixio & assatio, sed frequenter etiam vt in alimentis coctionis differentię, tamē quæ medicamentis adhibentur coquere raro videntur humiditatem crudam, aut excrementosam: sed magis absumere.

Frixio autē ferè in sartagine fieri intelligitur, quæ à frigendo etiā frixoriū dicitur. Hæc antē in sartagine parata suæ qualitatis vehementiam deponunt. Gal. lib. 2. alim. in dracontio, assatio autem seu torrefactio sit per tegulam ignitam fit: vel in clibano, vel in carbonibus ignitis, hæc quoniam tenui discrimine distant, & ambo à calore fiunt, simul tractanda duximus.

Semen melanthii frigitur Galeno contra catarrhos, semen agni frixum minus tentat caput eidem lib. 2. alim.

Mesues. Semen lini & nasturtii torrefiunt in elegmate Phthisicorum, Mesuæ.

Ibidem. Semen porri & nasturtii in E. nostro.

Cuminum pridie aceto maceratum sicca

catur, & frigitur in vase fictili bene cocto. Gal. in diospolytico lib. 4. sanit. tuendæ.

Coriādrum acetum infusum assatur passim, sic enim calorem eius in superficie vehementem extingui volunt, vt tantum refrigeret? Granatorū acini assentur in E. altero Mesuæ, & semina vuæ, portulacæ, psylii, plantaginis, altheæ, anisi, marrubii, ad fluorem alui assantur. Gale.

Baccæ myrti, gallæ: in quinq; aut sex partes cōfractæ, oleo hora vna infuse assentur ad capillū fluētē sistendū. Sit autē oleū astringēs aut succus alius, si magis astringēdū.

Myrobalani omnes succis astringētibus variis maceratæ, linteo siccatæ assantur, sed antequā nigrescāt, & vrantur eximendæ, ne vires amittant. Si insigniter scilicet vrētur, vt cinefiant. Nam hæ & rha barbarum, assa coctis, vsta assis magis astringunt Mesuæ.

Balanus myrepsica assando deponit partem humiditatis excrementosæ, & partem coquit, ob id assata delectoria tantum est, non amplius vomitoria.

Auellanæ assantur in elegmate pineo.

Gummi Arabicum, tragacātha, succinū, & gummi alia ad magnitudinem orobi confracta, cū opus est assantur donec albescāt.

Amylū assatur in trocischis terræ sigillatæ, & trocischis spodiatis secundis, Mesuæ.

Mod

Modus autē frigendi & assandi prædicta est huiusmodi. Sartaginem, vel aliud vas ferreum vbi admodum calet, ac si opus est candet ab igni tollitur. In hanc semina, fructus, radices & alia immittuntur, continenter rudicula ferrea versantur, ne vrātur. Sartago, si opus est, his exemptis recalesit, & quantū opus est assantur.

Quæ autem sunt magna, crassa, humida, glutinosa, diutius assanda, contraria minus, vt semen anisi, cymini, nasturtii Semen verò lini & psylii, quia humiditatem lentam satis multam sortitū est, paulò diutius assari sustinet.

Possunt quædam etiā in clibano, aut super eius testudinē, aut sub cineribus assari, & ea vel nuda, vel olla noua conclusa, & si mediocria sunt integra: si magna, cōfracta, quædam etiam maza intecta clibano assantur.

Scilla per assationem multi fit vsus Dioscoridi, quia per eam vel elixationem eius vehementia obtūditur Galeno. Quæ enim non assata sumitur, interaneis maximè noxia est Mesuæ. Illa autem delecta, purgata farina, pinsita, aut (id sordidum videtur Galeno in Theriace) luto, & argilla circundatur in digiti crassitiem, sub cinere calido, vel carbonibus, vel clibano assatur. Sunt qui in olla operculata in furnū demissa assant:

sic

sic enim celerius & clementius purgat. Sic helleborus albus, & scammonium in maza pista, vel cydonio præparatur Diosc. & Galeno, vt ipsa & panis, & cydonium moderatius purget. In vas calefactum quoque, & ab igni depositum opium mox immittunt, vbi est liquatum, eximunt priusquam siccetur, & friabile fiat.

Acaciam nostratem factitiam super prunas ignitas assat Bulcasis in seruitore. Est quando vt alimenta sic medicamenta ex humore frigũtur: nam castaneæ sine humore, fabæ, pisa, carnes, fungi, cũ humore, vt oleo, butyro, Sic myrobalani, flauæ, cepulæ nigræ friguntur & fricantur in oleo violato, aut amygdalarum dulcium in tryphera Persica & in simplicibus. Omnia probè trita frigun tur in omphacio, vel succo myrti, & aceto, & siccantur in stomachico electario quodã Mesuæ. Omnia in vino odoro frigantur, deinde in succo cydoniorum in E. nostro Mes. Addit in sequenti, & feruefiant, vt intelligere possit, hæc frigenda super ignem semper mouendo, & confricando: non solùm fricanda, cum his humoribus, vt diximus prius in confricatione.

DE VSTIONE.

VSTIO assationi finitima, vt ratione maioris, & minoris tantum differant,

assata enim largius vruntur,& infra modum vsta,tantum assantur. Vruntur plantarũ partes ac animalium,& inanimalia tota, metallica item & terrea. Horum autem medicamentorum vrendorũ scopi medicis sunt varii. Quædam enim vruntur vt puluerari facilius posśint, vt pili, lana succida, sericum, testæ ostreorum, buccinorum, purpurarum, vngues asini, cornua caprarum & ceruorum, ossa, coria, & alia quæ ob terrosam, & duram, & crassam corporis consistentiam & concretionem densatam vel ob lentorem immodicum vel humiditatem aliquam puluerari nequeunt.

Alia vt essentiæ crassitiam deponant,& tenuitatem, aliásque facultates igneum calorem sequentes induant. Id quod quamuis omnibus vstis accidat, non ob id tamen omnia vruntur. Sic metallica omnia & terrea vrendo tenuiora euadunt, & quæ acria erant, mitiora fiunt, quæ non acria erant, acrimoniam vrendo assumunt Gal. libr. 4. & 9. simpl. in chalciti.

Ex quo patet vstione etiam facultates quasdam mitescere, vt ærugo, chalcitis, misi, sori, chalcanthum, melanteria fiunt moderatiora: quasdam acquiri, vt vim tenuandi & ea efficiendi, quæ saporem acrem sequuntur.

Alia vrũtur, vt vis quædam nostro proposito aliena, ex profundo in superficiẽ trahatur, posteà lotione separetur: sic lapidem phrygium vstum lauat Galenus, & lapidem hæmatitem ad oculorum affectus.

Alia vruntur, vt colorem nouum acquirant ægro gratiorem, vel ad dissimulanda simplicia, quibus constat medicamẽtum, sic ærugo vsta modicè quidem, rufa facit emplastra, immodicè verò, nigra.

Cerusa trita, rudicula ferrea mota vrendo fit rubra, vt ochra, & auri pigmentum. Ossa & testæ vrẽdo primùm nigricant, deinde albissima euadunt.

Quædam vruntur, vt in aliam transeant speciem, vt vipera vsta transit in salem theriacum, cerusa vsta vt rubeat in sandyca, thus in fuliginem, sulfur in oleum, cadmia lapis in cadmiam fornacariam, & pompholygem & spodium.

Vrendi modus non est omnibus vnus. Quædam enim humore pingui prædita per se vruntur, vt pili, lana succida, sericum, cornua, vngues, coria, hirũdines, motacilla, galerita, & aliæ quædam auiculæ, cicadæ, scorpiones, viperę, lepores, & alia quædã pedestria. Hæc verò in olla noua operculo foraminulento tecta sunt vrenda carbonibus vel clibano, pręsertim quæ propè cinei facta

disperire possunt. Quæ verò post vstionem integra manent, vt ossa, vngues, cornua, testæ ostreorum, lapides ad gypsum vel calcem coquendam & similia: hæc etiam viuis carbonibus obruta vel superposita, aut etiã flammæ luculentæ immissa, vri possunt: nisi quædam sint addenda, quæ vim eorum mutent. Tunc enim etiã in olla noua vruntur. Sic viperas cum substratis quibusdã medicamentis Galenus vrebat ad salem theriacum: sic fictili nouo inclusa vel patellæ ferreæ, aut sartagini imposita vruntur, cerusa, chalcitis, misi, sori, calcanthum, auripigmentum, sandaracha, plumbum.

Alia fictili crudo vruntur, donec id percoctum sit, vt cadmia, æs.

Alia etiam olla ænea aut ferrea, vt plumbum.

Alia in patina vruntur, vt ærugo, chrysocolla, lithargyros.

Alia in olla ex cineribus ossium (crucibolum vocãt) in fornace aurifabrorum alia in foco, alia in clibano panis, alia in furno figulorum, alia in fornace chymistarum.

Quædam (vt dixi) tam carbonibus obruta quàm olla vel noua, vel cruda, vel patina excepta per se vruntur nulla addita inflammabili, aut vires mutate materia, vt ossa, cornua, testæ ostreorum.

Alia

Aliam materiam requirunt inflammabilem, vt sulfur alumen aliquod salé, ordeum, vt in plumbo vsto & aliis docuit Dioscor. Vas item quo excepta vruntur si fragile est, vt vitreum, ex terra bellouaca & alia lapidea & silicea luto chymistarum prius totum paulatim oblinimus, & paulatim siccamus, quàm igni committamus. Eodem luto vasi operculum sæpe agglutinamns, ne inter ipsa hiatus viam faciat carbonibus, aut cineribus illapsuris, aut effluxuræ materiæ.

Lutum autẽ, id fit ex terra figulina aquá macerata cum stercore equino, & si vis pilis animalium multũ diúque subacta, quod & lutum sapientiæ vocant chymistæ. Eius loco interdum est terra figulina sola, vel gypsum aqua solutum, vel farina albuminibus subacta.

Vas quoque chymistæ operculant labris ipsius colli per fusionem coalescentibus, dum materiæ sunt pretiosæ, & quas exhalare nolunt. Id autem in matulis tantùm vitreis longo collo efficiunt, sigillúmque hermetis vocant.

In aliis fictile apertum esse nihil nocet, si clibano vrenda sunt: si verò cineribus aut carbonibus obruenda, operculatur vas, ne aliena materia quod vrendum est, vt dixi, conspurcetur, vel ne materia ipsa exiliat,

vt in sale & lapidibus quibusdam.

Operculum autem nunc solidum est. & integrum, nunc multis locis foratum, vt fuliginosi effluxus exhalent liberius, à quibus est cauẽdum, præsertim si à vipera, scorpionibus, aut similiter venenosis attolluntur, item si à metallicis.

Vrãtur materiæ carbonibus perustis, præsertim pretiosæ, & quæ oculis sunt adhibendæ, vt nihil fumidum habeant, vt Galenus vrebat lapidem phrygium.

Carbones quoque follibus vel flabellis excitari interdũ oportet, vt citius vstio absoluatur, vt Galenus in vstione lapidis phrygii iubet. lib. 4. c. ph. p.

Quædam ad idoneam magis vstionem puluerentur, alia frangantur tantum in frustula magnitudinis nucis iuglandis, vt lithargyros, vel nucis auellanæ, vt lateres in oleo philosophorum, & lapis phrygius à Galeno in suo remedio.

Alia etiam in sole æstiuo ex vino vel aceto pluribus diebus teruntur, priusquam vrantur, in. c. ph. g.

Plantarũ partes. Quæ omnia his exẽplis ex Dioscoride, Galeno, Mesuæ, & alijs fient notiora, folia oliuæ syluestris in olla fictili cruda, lutata furno figulino, per coctionem vasis vsta, lota, ex aqua in sole siccata, albuginem oculi

&

& pannos potentius omni pompholyge delent Albucasi.

Sarmenta ligna, cortices & partes aliæ plantarum vruntur relicto tamen foramine in operculo, vt fumus exhalet.

Abrotani, asphodeli, ari, arisari, dracōtii vsti, cinis Galeno passim vsurpatur.

Brassica non transplantata, à terra expurgata, minutim concisa, in ollam coniecta, foraminulento operculo tecta clibano vritur in carbones, qui triti ollæ alteri impositi, operculati, vruntur donec in album cinerem abeant.

Myrobalani & rhabarbarum vsta valentius astringunt quàm assata Mesuæ.

Aloë quibusdam in olla noua super prunas vritur in diamoscho amaro, vt absumpta glutinosa substantia aluum ducere desinat, & magis roboret, ob quam causam etiam abluitur.

Fex vini siccata vritur igni, donec albescat, & linguam multum mordeat & vrat.

Succinum fictili olla clausum, operculatum nocte igni vritur Bulcasi.

Thus vstum scribitur in Iside cephalica, lib. 4. c. ph. g. *Animalia & ipsorū partes.*

Vsto thure fuligo qua ratione colligenda docet Diosc.

Lepus viuus iugulatus cum sanguine &

pelle vasi fictili nouo traditur, operculatur, in clibano vritur donec puluerari possit ad calculum frangendum.

Sic hirundines, ranæ, cicadæ, erinaceus, vruntur Gal. lib. 11. simplic.

Aeschrium cancros viuos in patella æris rubri vssit donec in puluerem mollissimum redigi possent contra rabiem.

Gal. li. 11. simpl. Testæ ostreorum, limacum, ouorũ exclusis pullis, sericum, ossa, cornua, vngulæ, vel prunis ipsis vel tegulæ aut olle imposita in clibano, vel foco vruntur, donec albescant, & puluerabilia sint. Hæc tamẽ non vrenda, nisi medicus iusserit, quia vires vstione mutant. Possunt enim tenuissimè limari, aut radi, vt cornu rhinocerotis, pudendum tauri, cerui, & puluerari, vel probè limata propinari, sericum similiter cardiacis miscendum sit crudum, minutim, cõcisum, cum aliis pulueratum, vstum autem medicamentis materias consumpturis miscetur, vt diasenne Nicolai, Spongia bitumine, vel eius penuria pice illita vritur lib. 11. simpl.

Gal. lib. 6 e. ph. p. Lana succida largo vasi figulino lati oris imponitur, operculatur, gypso, vel glutine, vel terra figulari subacta cũ aqua illinitur, vritur fornace, vel camino. Scorpiones viui olla noua inclusi, & operculati, maza vel luto circumlita vruntur igni ex sarmentis vi-

tiu

tium in clibano, vt eius pulueris grana sex cum syrupo radicum quinque pota renum calculum frangant.

Sic vruntur viperæ & colubri, amborũq; cinis ex oleo illitus scrofulas liquefacit. Lithargyros chrisitis, grauis, pura à plumbo, & omni aliena materia in particulas magnitudinis iuglandis confracta, prunæ superponitur, & ita follibus accenditur, vt conflagret, vbi refrixit, abstergitur insidens spurcitia, & reconditur, alii ter aceto aut vino restinguentes rursus vrunt, & reponunt. *Metallica & terrea.*

Cadmia vritur carbonibus obruta, donec translucida spectetur, & ferreæ scoriæ modo bullet, mox vino extinguitur amineo, si ad emplastra paratur: aceto autẽ, si ad psoricum medicamẽtum. Sũt qui sic vstum ex vinoq; tritum, iterũ crudo fictili torrent, donec pumicosa videatur iterumq; ex vino tritam vrunt tertio, donec prorsus in cinerem redigatur, nihil scabritiei retinens. *Diosc.*

Plumbi laminæ quàm tenuissimæ, aut plumbi limatura & sulfur alternis vasis imponũtur, donec plenum sit, operculatur, sed relicto exili spiraculo succenditur, dum plũbum ardet rude ferrea versabis donec tantum perfectè in puluerem redigatur, dum eximes, obstrue nares quòd eius halitus sit noxius. *Ibidem.*

Ibidem. Stibium pinsita farina circumlitũ, & carbonibus obrutum torretur, donec ipsa crusta carbunculetur, exemptumque extinguitur lacte mulieris, quæ marem peperit, aut vetere vino, vel vritur carbonibus succensis, efflatum quoad ardeat. Si enim paulò magis cremetur, fit plumbum.

Cerusa trita in fictili nouo, flagrantibus carbonibus: assiduè versando vritur, donec cinereum colorem traxerit. vel patinis nobis super prunas trita vritur, & ferulacea rude mouetur, donec coloris fit sandarachæ: sandixque tunc appellatur, refrigerata reponitur, sic trita chrysocolla vritur. Sunt qui vrendo acetum affundunt, vt rubeat: si flaua est, macicot vulgò dicitur.

Ibidem. Aes fit vstum ex clauis æris solutarũ nauium fictili crudo cõpositis super sparso sulfure cum sale pari. Quibus vicissim insperfis fictile semiplenum operculatur, & figulari creta circumlinitur, fornaci inditur donec fictile percoquatur. Modos vrendi alios docet Diosc.

Aerugo fracta minutissimè in fictili patina flagrantibus prunis superposita versatur, donec mutata colorẽ cinerẽ cũ cõcipiat, refrigerata reponitur. Si cruda olla vratur, eundem prorsus colorem non reddet.

Chalcitis fictili nouo viuis carbonibus

sup

superposito vritur, donec bullas excitare desierit, & perfectè maruerit, si humidior est: sin alia est, dum mutata in floridum colorem sanguineum aut miniatum contraxerit. Eximendo insidens spurcitia tergeatur. Vel vritur perflatis carbonibus, donec luteo colore pallescat. Sic misi, sori, chalcanthum vruntur. Chalcanthum autem vrẽdo suapte natura colorem rubescentem sortitur Diosco. in ærugine.

Auripigmentum vritur testa noua viuis carbonibus subiectis assiduè versando, donec igni flagret & mutet colorem. fit enim foris argẽteum, intus rubrum: refrigeratum & tritum reconditur. Sic vritur sandaracha, alumen.

Lapidẽ phrygium in particulas magnitudinis auellanæ fractũ vres in olla recẽti luto circũlita, tecta operculo perforato vel in solo vertice, vel (quod melius est) in pluribus partibus, vt fuliginosi fumosique eorũ quæ vruntur effluxus facilè per ea efferantur, deinde perustis carbonibus perflatis vre, donec ignitus fit, cætera ex Galeno repete. Sic cyanus lapis vritur, & alii. *Gal. li. 4. c. ph. p.*

Sal vritur fictili, diligenter opertus ne exiliat, conditúsque prunis, donec efferuescat vritur. Sic nitrum & spuma nitri, si inueniuntur vrenda sunt. Vitrum tritum *Diosc.*

int

interflata pice vritur, & aqua frigidissima extinguitur, Auensoal tamen friabile nõ fit, Alia plura ex Dioscoride, & aliis huc trãscribit potuissent, nisi hæc etiã multa huic ætati omnia hæc negligenti existimassem.

Vstionis terminus in quibusdam est, dum ignitum id abundè fuerit, vt in vstione tripici lapidis phrygii: in quibusdam dum nihil fumidum amplius expirat, nulláque fuligo prætereà emergit.

In aliis dum bullas edere desinent. In his quæ fictili crudo vruntur, fictilis illius percoctio.

In his quæ farina pinsita circunlinuntur aut luto, crustæ vstio.

DE EXTINCTIONE.

EXTINGVNTVR vel vsta, vel solùm ignita quædam non modo, vt empyreuma ipsum dissipetur, sed etiam, vt in corpus vstione rarefactum vis quædam humoris aut frigoris penetret, vt ferrum candens aqua pilosellæ, vel alia astringenti extinctũ euadit solidissimum.

Extinctio fit interdum ad purgationem, vt plumbum liquatum succo mercurialis calido: sæpe extinctum, & tribulatum, stanni puritatem, & soliditatem assequitur.

Fit item extinctio, vt vires humoris quo extinguitur in se trahat, sic cadmiam vino

am

aminæo ad emplastra aceto ad remedia pso rica extinguit Dioscor. sic Galenus lapidem phrygium extinguit primùm butyro recenti, secundo vino falerno, vel alio fuluo, odoro: tertio melle Attico, ne medicamentum sit aridum, sed viscosi cuiusdam particeps. Gallæ ad sanguinis suppressionem carbonibus impositæ, donec vndique candeant aceto: aut vino austero extinguendæ sunt. *lib. 7. fin.*

Stibium lacte mulieris marem enixę extinguitur.

Limatura chalybis sæpe ignita aceto extinguitur, & pulueratur.

His exemplis medicamenta humore extincta ab illo aliquid virium in se trahunt. Interdum autem ignita humore extinguimus, vt humoris naturam mutamus, vt dum lapides vel circuli ferrei igniti lacte aliquoties extinguuntur, vt serosam & mordacem eius substantiam absumant, sitque tunc lac dysenteriis salubre.

Aqua chalybem vel aurum ignitum sępe extinguimus, vt ipsa minus humectet, sed si terrea magis absumpta tenuiori substantia.

Argentum viuum etiam si non sit ignitũ, tamen & saliua hominis ieiuni, & succo saluiæ, aut limonum extingui dicitur, quod vis eius malefica, & omnia exedens, vt à Plinio rectè dicitur, cum his agitando mitescit.

De

DE SVFFITV.

SVFFITVS seu euaporatio vi caloris excitata sæpe medicamẽtis adhibetur præparandis & vtendis. Suffitus aromatum muliebria ducit, & vterum infernè retrahit si infernè adhibetur, vel sursum si naribus, suffitus plumarum perdicis, corii veteris, vel aliorum tetro odore præditorum, naribus exceptus vterũ sursum ruentem deturbat. Suffitus radicis & seminis pœonie, melanthii, styracis, mastichès rosarum, ad capitis affectus pituitosos. Iisdem vel aliis stuppæ suffitu capiti circumponuntur.

Frontalia ex rosis, violis, flore nymphææ semine, lactucæ, portulacæ, & similibus: vapore aquæ rosarum, verbenæ, betonicæ, & similium suffiuntur ad varios capitis affectus.

Et epithemata vẽtriculi ex bombace aromatibus farto, vapore stomachico præterea suffiuntur.

Suffitus per infundibulum ex radice, aut foliis bechii si per tegulam ignitam impositis, ad tussim adhibetur.

Suffitus ex sulfure purgato, & auripigmẽto vsto & loto, probè à practicis quibusdã asthmaticis adhibetur.

Suffitu & vapore aceti acerrimi necantur cantharides Diosc.

De

DE PVRGATIONE.

VSTIONI, ordine optimo succedit lauatio, quæ empyreuma, & acrimoniã vstione acquisitam, vt & natiuam tollat & vsta expurget, sed cum illa sit purgationis species, satius mihi visum est de purgatione prius agere, quod eius cognitio lucem magnam sit allatura lotioni. Purgatio medicamentorum hic accipienda passiue, nõ actiue: seu quatenus purgãtur, non quatenus humores sibi familiares ex corpore nostro trahunt.

Purgantur enim medicamenta sordibus, & aliena quauis materia per despumationem, clarificationem, colationem, residentiam, coctionem, lauationem, excisionem, depellationem, & modos alios post scribendos.

Radices erutę radiculis circũcisis, aliquoties abluuntur potius quàm abraduntur, deinde si magnæ sint & matrice intus lignosa, parum confractis lignum id eximes, deinde siccabis, & repones, sic radicẽ cichorii, apii, petroselini, fœniculi purgamus, & eryngii, seseli, cari, dauci, pastinacæ.

Est quando putre etiam aliquid excidendum est à radice iridis, enulæ, bryoniæ, sigilli beatæ Mariæ, rha barbari.

Radicem ari, dracũtii, asphodeli, satis est

exc.

excisi radiculis lauasse, cum cortice cōstent tenuissimo, vti & radix chelidonii parui, co tiledonis, satyrii.

Scillá cultello ex cypresso quibusdam desquamatur, in qua mirum est ferrum vitari, cum pistillo ferreo teratur ad succum extrahendum.

Herbæ raro purgandæ nisi aridis foliis, aut stipite lignoso, quanquam & ablui debeant, si terreno aut luto sordidæ sint, vt iussit Dioscorides.

Seminibus sæpe duplex, interdum triplex debetur purgatio. Vt legumina siliquis, cerealia glumis, baccæ halicacaborū vesicis, semina fructuum carne, semen ricini, vrticæ maris, castanea echino, semē papaueris hyoscyami, lathyridis, paliuri calice, & alia ad portionē. Quę omnia iterū cortice tenui & interiore sæpe purgantur, vt post audies. Nux iuglans, & auellana, & amygdala carne viridi, deinde cortice duro, postremò pellicula & alia plurima similiter. Hic autē de tertia purgatione agēdum, quod aliæ à vulgo fiant, & purgata hæc vendere consueuerint, & zeam, oryzā per moletrinas gluma purgant, & vendunt.

Cortice ergo seu pelle purgantur semina cnici, cucurbitæ, cucumeris, melonis, citruli, citri, vt solę supersint medullæ, idq; mul-

tis modis. Quidam enim hæc insolant deinde cortices in mortario leuiter frangunt, manibus fricāt, donec à medulla cortex separetur. Cribro tunc idoneo medullas transmittente, & cortices retinente cernunt. Alii etiam solis loco, igni leuiter frigunt, sed medullæ sic extractæ graue olent, & sunt ingratæ sumenti, & calfactum oleum. Forficulis alii singula semina purgant, quod operosum est, vt vnguibus & dentibus quod impurius est, qui modus hodie est consuetior. Sunt qui hæc sole siccata in magna quātitate friant pistillo ligneo, cribro raro cernūt, iterum terunt & cernunt: si corticum particulæ simul transeunt, vano euolant. Semen sesami purum aqua modicè salsa irrigatur, manibus confricatur, iterum irrigatur, donec made fiat: extensum linteolo siccatur, modicè assatur, sacculo aspero immittitur, fricatur multum donec depelletur, cortices vento aut halitu expurgantur, vel in aquam frigidam iniectis cortices supernatātes deraduntur. Sic semina cucumeris, cucurbitæ, melonis, citreoli, ad olea ex his facienda excorticantur Mesue non autem ad vsus alios.

Amygdalæ, pistacia, strobili, nuces & similia aqua frigida per noctem, vel tepida parum diu macerata corticem mox remittūt.

Item si in sartagine assentur igni, donec depellātur, sed hoc modo male olent, & oleagina magis euadunt. Sunt qui recentes hos nucleos palea frumenti obruūt, sicque cadit cortex. alii cultello malunt depellare, præsertim cum oleum amygdalinum recēs exprimendum est in potum colicorum, aut ne phryticorum. Alii etiā non depellatas terūt & exprimunt oleum purum & iucundum.

Hordeum, triticum & cerealia alia, & legumina depellari possunt, affusa identidem aqua calida, pistillo ligneo batuuntur, siccantur. parum nisi æstas est ventilantur, per sicātur, reponuntur.

Mesues. Est tamen quando corticis vsus est maior, vt in pisis & fabis, & aliis. Est quando solus expetitur, vt in rhœ, radice apii, fœniculi, hellebori, turbith, cinnamomi & aliis corticibus dictis libro primo methodi medicamenta componendi. Ricini semē echino insolato, vel frixo per se aut confricatu facilē exilit, depellatur autem quomodo dictum est terendo, sed mitius ne ob multam humiditatem cohæreant, sic baccæ lauri. Vel ex non excorticatis, sed pertritis oleum extrahatur.

Colocynthis cortice & semine purgatur solaque pulpa in vsu est medicorum.

Cydonia & fructus alii condiendi intus

&

& foris purgantur.

Casſia corticibus & membranis ligneis exempta ſeminibus purgatur per cribrum ſetaceum rudicula, vel cochleari, vel manu: ſunt qui id efficiunt fœlicius cum vapore ex decocto aliquo medicato ſubeunte, interdũ humore aliquo ſoluitur, vt in diamãna Meſuæ. Sic thamar indos purgamus, ſed hi ferè humorem poſtulant, vt per cribrum trãſmitti poſsint, vt manna humore calente ſoluta in cribro folia ilicis cui fœlicius inſidet, & ſordes alias dimittit.

Dactili cultello intus & foris purgantur, vt abũde diximus libro tertio methodi medicamenta componendi.

Succi purgãtur feruore, reſidendo, clarificando, colando, vt in ſyrupis dicemus, & in clarificatione & colatione diximus.

Gummi Arabicum, tragacanthum & ſimilia trita negligenter ſi ſunt ſicca, in vaſe vitreo aqua pura vel roſata merge nocte vna, miſce manu poſtridie donec liqueſcat, cribro puro cola, etiam manibus deducendo: vtere, vel ſiccatum repone. Dioſc.

Galbanum etiã laudatiſsimũ retinet aliquid adiecti ſeminis, & ferulæ id ante vſum ſic purgabis, In aquã feruẽtem demitte: cum liquatum fuerit, linteo puro, raro cola, aut ſordes ſupernatantes concha detrahe.

Sic liquores alii humore idoneo soluti colando purgantur à seminibus stipitũ fragmentis & cæteris excrementis, quæ per negligentiam aut institorum malitiam ipsis accreuerunt.

Adipes, cerebella, sanguis & aliæ animalium partes medicamẽtosæ, qua ratione purgandæ sint, paulò post audies inter ea, quæ pluribus præparationum differentiis simul à nobis parantur.

DE LAVATIONE.

LAVATIO purgationis, vt dixi, species cerè sit ad sordium aliquarum separationem, abusiue tamẽ etiã imbuere medicato humore medicamenta aliqua lauare Mesues, & alii vocant. Lotionis vires ex Mesue repete. Lauãtur aqua foris radices, herbę, fructus, semina, si luto, puluere, vel re alia sunt contaminata, aqua ex ea toties mutata donec pura maneat, & sordes omnis ab his detersa erit etiam si sint rosæ, violæ, intybus, & aliud cichorii genus, & adiãta, posteà autem siccantur pannis, vento, sole, igni, sed mitissimo, ne medicamenti vim dissipet. Hæc autem lotionis differentia omnibus consuetissima, quia paruarum est virium si alteri mox dicendæ conferas, pluribus ob id declaranda non est. Lotio alia intus, & simul foris fit seu per totam rei lauandæ

dæ ſubſtantiam.

Lauantur tota ſeu intus & foris plurima propter cauſas quatuor à Meſue libr. 1. ſcriptas, & alias quaſdam hîc ſcribendas, & paucis perſtrictas lib. 3. methodi medicamenta componendi.

Vt autem humor omnẽ lauandi corporis partem quantumuis exiguum attingat, & lauet ac purget aliqua ſubſtãtia noſtro propoſito aliena, ſi id eſt durũ aut lapidoſum, ante lotionem eſt tenuiſsimè puluerãdũ: ſi eſt cito liquabile, calfaciendum: ſi per ſe eſt liquidum, quale eſt lauabitur: ac etiam ſi per ſe in aqua, aut humore alio promptè diſsiliat ac diſſoluatur, vt bolus armenia, calx.

Quæ igitur promptè liquantur, vt oleũ, cera, pix, reſina, modicè calefiãt, & mox infundantur in vas magnum oris lati, ſemiplenum aqua puriſsima, experte omnis odoris, coloris, ſaporis, quem ſenſus percipere poſſit, quæ ex ſole vel igne tepeat. Tunc manibus multum diúque agitentur, ab agitando deinde quieſcatur, donec id pingue totum quod lauas ſupernatet. Id quod talibus prõptum eſt ob innatam leuitatem, præterquã oleo nimium multa agitatione valentius confuſo cum aqua, vt mox dicam. Tandem aqua illa abiecta, ſimilis affundatur idque tertio & quarto; ac toties repetatur donec

repetatur donec medicamentum in aqua illa deposuerit omnem illam vel substãtiam, vel qualitatem nostro proposito alienã, seu quoad aqua nullam ex loto medicamento talem substãtiam vel qualitatem, vt colorem, odorem, saporem, amplius recipiat, quàm visu, olfactu, gustatu deprehendas.

Effunditur autem aqua per foramen aliquod subiectum, quod interim dum lauas luto obturaueris. aut vase inclinato pingue in vas aliud effunditur, & aqua abiicitur. Alii aquã pingui miscẽt in vase vtrinq; habẽte foramen angustum, operculandũ digitis inter agitandum, dum verò per horã resederit, aqua effunditur, noua infunditur, idq; fit toties donec acri, & flaua olei humiditate detersa, oleum dulcius, & album euadat.

Oleum tamen lauando minus est verberandũ, ne adeo aquę misceatur, vt post ægre possit separari: sed ita verbera, vt dum quiescere paulisper permiseris, ipsum totum innatans detrahere possis. Lotum id oleum componendis oleis, & medicamentis aliis albis, aut frigidis est optimum & vsurpandum.

Dura autem & lapidosa, vt metallica, lapides, ossa, testæ, succi siccati, lachrymæ siccatæ, ante leuissima sunt terenda, deinde aqua pura subinde mutanda, manibus vel

rudicula agitentur, quoad nihil sordium medicamenti aquæ innatet, maneatque aqua medicamenti qualitatum, vt coloris, odoris, saporis omnino expers. Non ante verò aqua est effundenda, quàm lauandum corpus quiescendo in fundum vasis subsederit, quod metallicis, & terreis corporibus ob insitam grauitatem facilè accidit, vt prædictis innatare, ob naturalem ipsorum leuitatem. Effunditur autem aqua per os vasis paulatim inclinati, ne motus vehemens corpus lutum aquæ iterum commisceat, & cum ea effundatur: satius enim est aquæ prioris aliquid remanere quàm lauandum corpus effundi.

In his autem vas in fundo pertusum in liquabilibus prædictis vtile, damnatur, quòd ad id grauia hæc repant, quæ si per foramen id vacuare tentes, aut ipsum obstruent, aut aqua penetrare habilior cũ ipsis vacuabitur. Posśis & per licia, pannea, philtra vocant, destillando aquam paulatim vacuare, præsertim dum corpus lauandum est preciosius. Nam sic nihil, aut minimum eius, cum aqua vacuatur, sed illa vacuatur purior, & corporis lauandi substantiæ expers magis.

Sic lauantur plumbum, cerusa, lithargyros, scoria plumbi, æs, ærugo, chalcitis, & congeneria, cadmia, spodium, pompholyx,

ſtibium,cyanus,calx,& metallica cætera, ac lapidoſa,oſſa,os ſepiæ, cornu cerui, capræ, vngula capræ,teſtæ oſtreorum,& ſimilia.

Cum verò dura illa teri antè molliſsime debeant quàm lauentur,teri autem non poſ ſint citra vſtionem ànte,vt prius eſt dictum, ſunt vrenda,quamquam horum multa citra vſtionem teri poſſunt,vt cadmia præſertim lapidoſa,chalcitis,chalcanthum,ceruſa,pom pholyx.

Adde quòd liquabilia promptè, & dura, & horum media,ſi humore medicamentoſo lauantur,etiam per noctem, in illo reſideant,vt plus virium eius in ſe trahãt,interdiu enim lauanda ſunt ac potiſsimum in ſole feruidiſsimo:præſertim ſiqua ſicciora,tenuiora, albiora volumus. Lauantur enim nòn aqua fontana,& pura ſolùm, ſed marina,ſulfuroſa,bituminoſa,vino, aceto,lacte, muccagine,ſuccis plantarum, decoctis aromatum,vel aliorum medicamentorũ etiam purgantium:vt ex Meſuę ſimplicibus patet: omni denique humore, ſed quem doctior medicus iuſſerit,ne ſibi hanc deligendi humoris poteſtatem pharmacopœus arroget. Eſt enim quando calida humore aliquo calidiore vult intendere: vel remittere frigidiore: eſt quando vires alias mutare inſtituit.

Qu

Quæ verò est in colore solo medicamenti mutatio, esse pòssit in pharmacopœi arbitrio, modò vires nihil mutet. Vt si medicus imperauit, hoc vino aliquo austero abluendum, pharmacopœus autem velit albius, & elegantius reddere medicamentum, lauare id potest vino aliquo albissimo, modò id sit, vt iubet medicus, austerum. Odorem similiter deligere illi non permitto, quòd ea cui odor inest substantia, maiorum est virium: ad hæc quòd odor additus, vel huic hominum proprietati, vel cerebri, cordis, vteri affectibus curandis non conuenit. Multò minus saporem medicamento hunc vel illum; vel qualitates alias insignes per humorem à se delectum ad lauandum, dederit pharmacopœus.

Metallica itaque curiose læuigata, lauantur ex aceto, vel marina, si vlcera sunt tumida, cum oris crassis, & callosis, attenuationem multam requirentibus aqua autem, si humores in vlcus affluentes sint acres & mordaces: vino, si humor vlceri largior affluit. Ex his humoribus per plures dies tribulentur metallica, donec erunt pura, candida, perspicua. *Gal. in fine lib. p. c. ph. g.*

Quæ ex metallis ad punctos, neruos, aut aliter vulneratos, partibus neruosis adhibentur, omnia esse elota oportet, si modo

citra morsum sint siccatura. Cera quoque & terebinthina, si his medicamentis miscenda est, sit elota, & multò magis reliquæ resinæ, si immittendæ sunt. Nam medicamentis omnibus quæ laueris, acris & mordens sanies eluitur & abstergitur.

Hæc in vniuersum de durorũ, & molliũ, & mediorũ lotione sufficiant: nunc particulatim de quibusdam agendum. primum plãtarum partibus reliquis, deinde metallicis.

Aloë optima, trita creta, ex aqua fontana purißima dupla aut circiter, agitetur aliquandiu rudicula ferrea aut lignea in vase lato stanneo, vel terreo, vel alio, tecta sinatur horę quarta parte, aut paulò diutius subsidere: tunc quod clarius supernatat, inclinato vase in aliud simile, sed minus, per colum setaceum transuasetur: aut si puriorem, sed parciorem vis aloën lotam, licio aut filtro, excoletur, aut diutius residere permittatur in vase præsertim vitreo, interuallis paruis foramina habente, spina, aut cera obturata, per quæ quãtũ videris clarum sine effluat, ne scilicet inclinato vase turbari queat: aquã nouam affunde, subige, sine, elutria: id fac quater, quinquies, donec arenosa, & terrea tantum fex supersit. Primam omnium præstantißimã per se in solatu sicca, alias omnes simul. Si autem hyems est, aut lota aloë

in

in rem præſentem egetur, igni lento ſiccari poteſt.

Dũ autem ſiccata iam aloë eſt ex vaſe, ipſo eximenda, calefiat vas parum, vt promptius ab eo aloë ſeparetur, & imã eius partẽ, in quam quod craſsius eſt ſubſedit, cultello derade, vt in panibus cereis fieri ſolet.

Quod ſi nondum pura & perlucens ſatis appareat, iterum teratur, & lauetur vt prius, idque ſi libet, tertiò, quartò, fieri poteſt, ſi medicus iuſſerit. Nam toties lota aloë acrimoniam & vim purgatricem propè totam amittit & calorificam, licet in ea portio aloës tenuior contineatur, quæ his qualitatibus exuta roborat magis, ſoluit minus. Hæc eius lotio magni æſtimanda eſt, qualis dum fæcem vini vſtam, & calcem viuam lauas, dum ſubſedit, aqua hæc effuſa ſiccatur in cauterium omnium præſtantiſsimum. Quæ lauandi ratio planè eſt ab aliis diuerſa, in quibus aqua ipſa abiicitur: in hac lotiõe ſola ſeruatur. Aloë verò ſi laues, ter, quater, & dum reſederit aquã abieceris, quod relinquetur amaritudinẽ quidẽ exuerit poſt aliquot lotiones, ſed impura & fæculẽta tantũ aloës pars fuerit. Si autẽ aloën læuiſsime pulueratã, & cretã aqua pluuia, tãquã magis aloën permeante ob tenuitatẽ, vel intybi, vel roſarum, vel alia ſimplici, *Gal. li. 7. meth.*

aut

aut composita imbuas, deinde insolatu aut igni sicces: idem secundo, tertio repetas, lotio non est nisi abusiue loquentibus: sed verius, vt sic dicam, imbutio. In quo genere præparationis est, quæ à Mesue in simplicibus scribitur aloës macerato ex decocto aromatum, vel specierum hieræ picræ Galeni: lotio enim non est, vt nec quæ Albucasi in Seruitore multiplex describitur, quia nullam ipsæ aloë aufert aut substãtiam, aut qualitatem, sed suas illi facultates impertit. Fuerit igitur verius infusio, maceratio, & (vt sic dicam) imbutio. Quæ quibus & quando facienda sit, medici solius est instituere. Ob id hoc loco de his agendum fusius non putaui.

Nec sarcocollæ, aut cancami est lotio, dum ea trita lacte asinæ, vel capræ, vel potius mulieris recentissimo humectatur, non autem mergitur, ne lac ante acescat quàm siccetur, deinde insolatu mox siccatur: idẽ opus quinquies repetitur: sed infusio, aut nutritio magis fuerit.

Nec cardamomi aut cumini in aceto maceratio rectè cum Bulcasi, & aliis lotio vocetur, nisi, vt dixi, abusiuè loqui se fateatur. Sed hæc de nominibus non de re disceptatio finienda est, ad remque propositam nobis redeundum. Cancamum tritũ aqua fon-

tis,

tis,cui aristolochia,& schœnanthum aqua incocta fuerint,lauat pistillo semper agitādo Pādectarius:quoad aqua clarescat, quod resedit coletur,& siccetur. Tenuius sic euadit,& magis aperit.

Acacia vera Galeno lauatur ad tollendam ipsius acrimoniam: nobis prætereunda,quia desyderatur,& eius loco succus prunorum agrestium,acrimoniæ expers substituitur,qui lauatur tamen aliorum succorum modo,ex aqua dulci,aut lacte,vt sit anodyna magis. Nam valenter astringentia exasperant non leniunt,vt in remediis ophthalmiæ docet Gal.lib.c.ph.p.

Tragacanthum tritum aqua pura aut rosata macerant nocte vna:postridie muccaginem colant,& nisi mox vtenda sit, siccant ac reponūt,ploraq; vsurpāt practici quidā.

Lythargiros,chrysitis,aut eius desyderio argyritis,aut alia,multis modis abluendo albatur Diosc.lib.5. Potest autem lauari, vt metallica cetera trita creta,ex aqua pura aliquoties mutata,tribuletur,resideat,aqua paulatim effusa noua nudatur,vt antè dixi. *Gal.initio lib.4.c. ph.g.*

Cadmia lapidosa,vt siccet magis Galeno lauatur per æstatem in sole pluribus diebus terendo in aceto acri,aut vino planè fuluo,& substantia perlucido quale in Gallia, Aurelianensi & Belnensi, quod multò ma-

ximè ſiccare natum eſt,deinde ſiccatur & reponitur,ac vlceribus malignis inſpergitur.

lib. 9. ad Almanſorem. Cadmia autem Dioſc.in mortario trita lauatur,effuſa ſubinde aqua dum ſordes nulla emergat:deinde coacta in paſtillos reponitur. Sunt qui lauant, vt pompholygem.

Dioſc. Scoria ferri trita diebus octo maceratur aceto,quotidie mutando,die nono imponitur laminæ ignitæ, vt torrefiat. Sic præparata valet compoſitioni Raſis ad omnem ſanguinis fluorem immodicum.

Plumbum poſt vſtionem lauatur modo omnibus duris cõmuni,vel etiam hoc modo, Aquam paucam in mortario plũbeo agita piſtillo plumbeo,donec nigreſcat & craſſeſcat,tunc per linum aquam cola ter quater,ſine ſubſidere: laua ſubſidentiam aqua pura donec ea amplius non nigretur.

Vel plumbi limaturam cum aqua crebra tere in mortario, donec aqua ſæpe mutata nigrari deſinat.

Pompholyx linteolo modice raro ligata in vaſe aqua pluuia, vel fontana pleno huc illuc ducitur & tribulatur, vt pars eius vtilis & tenuior in aquam effluat, & omne excrementum in linteo remaneat: reſidere ſinas,& effundas, noua deinde aqua affuſa idem opus repete,idque donec in linteolo nihil vtile maneat. Modos eius abluendæ

ali-

alios lege in Dioſcoride.

Sic ſpodium lauatur, excrementoſum tamen magis eſt, Sic interdum & cadmia lapidoſa. Nam fornacaria (quæ vulgo tuthia & male pompholyx dicitur) modo aliorũ metallicorum lauanda eſt, & ſcoria plumbi in mortario lauatur aqua pura toties mutata, dum à ſcoria luteo colore amplius non inficitur, digeritur in paſtillos Dioſcor. Stibiũ, ceruſa, æs vſtum eidem lauantur, vt cadmia vel plumbi ſcoria.

Abluitur lapis cyanus, vt Armenius Alexandro Tralliano, in aqua communi tricies, vel quadragies mutata: deinde aqua buglosſi, vel roſarum decies lauatur, vt in antidoto cocci baphicæ, & in catapotiis ex his lapidibus.

Calx aqua marina bis terue lota per æſtatem ſub æſtu caniculæ, puncto neruo medicamentum eſt vtile, cum oleo. *Gal. lib. 6. method.* *Dioſc.*

Chryſocollam tuſam infuſa aqua mortario, expanſa manu eidem vehementer affrica, & vbi conſederit cola, altera quoq; affuſa aqua rurſus tere. Hæc viciſsim proſequerẽ, donec pura ſinceraque ſpectetur, deinde ſiccatam in ſole, ad vſus reconde.

Terrã Lemniã ſic lauabat Dianæ ſacerdos in Epheſtiade Lemnii vrbe. Hãc aqua macerabat, & in lutum redacta valẽter cõ-

turbabat, deinde paulum quiescere sinebat, tunc aquam supernatantem auferebat, & mox quod sub ea erat lutum, tollebat relinquens tanquam inutile lapidosum & arenosum illud, quod in imum subsederat, lutum illud pingue siccabat, dum mollis ceræ consistentiam acquirebat, tunc in paruas huius portiones sacrum Dianæ sigillum imprimebat Gal. libro nono, simpl. & paulò post, Terra autem omnis lauatur eodem modo: primum enim maceratur aqua nullam qualitatem medicamentosam habente. Vbi lutum consedit, effunditur quæ innatat aqua, quod lutosum est separatur à lapidosis & arenosis, quæ ad imum resederunt. Gustatus autem tibi index est accuratus, quam oporteat terram lauare, & quam non.

Quædam enim non solum terra, sed alia quoque corpora lauari non postulant: quædam semel, vt terra Lemnia, quædam bis, vt quædam terra Eretriensis.

Bolum Armeniā similiter lauabis. Sunt tamen qui aqua rosarum ter lauant, totiesque siccant. Potest sine lotione vsurpari cum nullam qualitatem manifestam præ se ferat: sed facultate occulta valeat: & vi siccatrice.

DE PLVRIBVS SIMVL PRAEparationum Differentijs.

QVANQVAM in prædictorum pluri ma, multæ simul præparationũ differentiæ cadunt, tamen visum est seorsum de his quę multis præparationũ modis egẽt. Lapis, quo vitra dicta lapidea fiunt, concretus ex cineribus herbæ (quam vulgus sodam vocat) in fossa terrea vstæ, tritus, cribratus, aqua tanta mergatur, vt digitis duobus aut tribus superet, misce, permitte fæces residẽre, claram partem per filtrum, vel licium destilla: quod clarum est clibano, vel igni sicca. Salem coagulatũ, allæali Arabicus dictum, albissimum, inuenies multis medicamentis vtilem.

Eryngium intus & foris purgatur, in frusta secatur, caryophyllis, & cinnamomo farcitur, percoquitur. Sic etiam satyrii radix quibusdam.

Amylum ex tritico delecto, crassius con fracto, nocte vna macerato aqua pura, quod postridie exprimes, cunque amylum subsederit, inclinato vase aquam clementer effunde, sicca cito, igni, vento, sole, gossapio, præsertim hyeme, ne acescat: siccatum repone vase mundo operculato. Paulo diuersius hodie fit, sed nulla virium differentia. Ex hordeo, oriza, & aliis similiter fieri potest.

Agaricum tritũ cum vino,cui zingiber infusum sit,in trocischos fingitur,siccatur, reponitur,vtendi tempore teritur,aliis miscetur. Sic colocynthis,scilla in trocischos formata mitescunt.

Myrobalani multiplicẽ habent præparationem Mesuæ in simpli.& in E.albaril liquores, ammoniacum, galbanum ,sagapenum,opopanax,& liquores alii ac gũmi aceto,vino vel alio humore,quẽ medicus iusserit nocte vna macerantur,dissoluuntur, cribro setaceo percolãtur,vt semina, & ligna, & excrementa eorũ alia in colo remaneant, percoquuntur ad humoris illius cõsumptionem:aliis extra ignem miscentur.

Gossapium,bombacẽ & cotonẽ vocant, vino cui incocta sint aromata cephalica,aut stomachica,vel parti alii familiaria p noctẽ maceratur,siccatur carpitur,applicatur loco panni quisquiliati, vel eius tomenti, quòd hæc ad infectionẽ aliena quædã recipiant.

Sunt qui hæc epithemata similibus quoque medicamentis farta, & vtrinque tecta densius interurunt.

Cerebella passerum vere occisorũ lauantur,purgãtur. Ex his decem cum vitello cui subacta,parum igni friguntur, deinde sole vel igne siccãtur,adiecto si libet pauco melle ad venerem incitandam parantur alii vt

adi

adipes & medullas parant.

Pulmo vulpis lauatur à sanguine, clibano siccatur, reponitur, teritur, cum aliis miscetur vtendi tempore.

Tunica interior gallinarum lixiuio calido hora vna maceratur, ter lauatur, deinde vino ter maceratur, & ter lauatur: iterum lixiuio, post vino, & siccatur clibano ex quo panis extractus est. Viribus tamen nullis valet Galeno in simpl. libr. 11.

Hepar lupi ad hepatis affectus quosdam vino albo optimo lauatur, inspergitur puluere tenuissimo santali flaui, siccatur, absynthio in scultella inuoluitur, octauo quoque die mutatur, absynthium reponitur loco sicco.

Intestinũ lupi ad cholicã efficacissimũ vino albo optimo lauatur, inflatur, siccatur, extra fumũ & puluerẽ, absynthio inuoluitur.

Obserua hic & mox in coagulo inuolutionem & in Mesue simpl. & compositis sæpe præparationis quandam speciem: quam sciens omitto, quia rarior est aliis.

Cutis pedum & rostrorum bouis & ouis igni lento diu coquũtur, donec veluti coagulum remittat. Id exẽptum siccatumque in aëre perflatili, ad hernias commendatur.

Coagulum ex recens occiso animali tenello, sale inuoluatur, insoletur, seruetur.

Hircus quadrimus, sanus, bene habitus, canicularibus diebus saxifragia, apio, petroseLino, fœniculo, pulegio, hedera, schœnātho, genista, adiantis, lupulis, & cæteris calculum frangentibus nutritus, vino optimo & tenui potatus, in sole dies. 40. versatus, donec vrina nigrescat: tūc decolletur, & sanguis non primus nec postremus, sed medius excipiatur olla pura, aut patina, foliis prædictis instrata: dum concreuerit, incidatur per latū in partes duas. Siccetur sole vel luna tectus reti aut panno raro, vitetur ros & pluuia.

Diosc. Adipes recentes aqua pura aliquoties loti in vase semipleno, liquantur sole vel aqua calida in vase duplici, tepore, aut cineribus: & quod liquatum erit, sensim effundatur in vas aliud. Vel igni liquentur & colo tenuissimo transfusi seruentur. Sic adipes liquatos colando à membranis & aliis purgat. Gal. in emplastro diachalciteos.

Diosc. Cantharides vere forpiculis prǽhensas, & immissas phialæ oleo obrue, & insola, donec putrescant, vel vase fictili non picato cō de linteo raro, vasis os subliga, eoque deorsum verso excipe halitum aceti quàm acerrimi feruentis, donec æstu exanimentur, posteà lino transfixæ reponuntur.

Transfixio hic & in scilla, in radicibus eli gnatis seruādis, etiam est præparationis specie

cies:sed cuique perſpicua,& ſæpe ad ſiccatio nem & repoſitionem neceſſaria.

Carnes ericii leonis & aliorum quorundam animalium ſeruandæ in vſus medicos, ante quater quinquies, ſemper tamen per horam lauandæ vino calido dulci, in furno leuiter ſiccatæ ſeruantur.

Caro cancrorum ad antidota analeptica ſecreta, ter lixiuio, vel aqua ſalſa lauatur, donec odor teter abierit ex aqua hordei, aut ſero butyri coquantur.

Ceram in aqua liquabis, extrahes autem impoſitis ipſi phialis vitreis aqua prius tinctis, quibus quantum adhærebit forma ſcintillæ in ſola Iulio menſe, donec albeſcat. Vel ceram ex aqua dum nigruit mutanda, coque donec ſit alba.

Hæc de medicamentorum præparationibus ſufficiant.

DE MODO MISCENDI AD COMPOSITIONEM MEDICAMENTA, LIBER TERTIVS.



VM finis omnibus iis, quæ ipsum præcedũt, & ipsius gratia fiunt, sit præstantior, hunc librum tertium medicis & pharmacopœis nõ vtiliorem modò: sed etiã magis quàm prædictos duos necessarium facilè iudicaueris. Cũ neq; medicaméta huic affectui idonea delegisse magni sit momenti (nisi affectus ipse simplex simplici remedio curabilis est: aut sit compositus simplici quidem nobis, sed natura composito) neque hæc præparasse, nisi compositio succedat, quã illa duo spectabant, & in quam deligebantur, & præparabantur medicamenta.

De modo igitur seu industria, & arte medicaméta cõponẽdi, & miscẽdi sumus dicturi: non tamẽ omnia, sed ea præcipuè quæ Parisiis, aut vsu, aut paratu sunt frequentiora. Quæ verò vrbes aliæ alia in vsu composita


hab

habẽt medicaméta, ex horũ imitatione par uo negotio substituent. Porrò in his omnibus Mesue ordinẽ sumus sequuturi, vt scilicet doceamus. Primum, quo modo condita sint cõponenda, deinde sapæ, iulepi, syrupi: tertio loco eleginata: quarto decocta, & infusa si qua hodie vsurpãtur, quinto antidota, sexto pilulæ: septimo trocischi, octauo pulueres: nono olea: decimo vnguenta, vndecimo cerata, duodecimo emplastra. His tamen passim, sed locis suis ex Nicolao, & aliis similia, sed vsitatiora nobis ascribemus. Quæ verò vrbes aliæ vsurpãt, si libet ascribãt, vt Lugdunẽses cõseruam menthæ, athanasiæ vulgaris, euphragiæ, scolopẽdri, oxalidis, ireos, stœchados, hyssopi, saluiæ, saluiæ vitæ, myrobalanorũ, limonũ, primulæ veris, sigilli beatæ Mariæ, summitatum arãtii, cucurbitæ, cucurbitã cõditam syrupũ luporũ, calaminthes, violatũ decoctione cucurbitæ, electariũ de bolo cõtra pestem, E. Indum maius. E. rosatũ Mesuæ loco. E. de succo rosarũ. E. lenitiuũ quoddã. E. de psyllio. E. lætitię. Gal. E. lætificãs Cõsiliatoris, auream alexandrinã, cõfectionẽ anacardinã, hierã Ruffini, Logadii, Hermetis apud Mesuẽ, Micletã, requiem magnã Nicolai, rubiã trocischatã eiusdẽ, trypheram persicam in febribus continuis vsurpatissimam,

& sarracenicam, philoniū Persicum, & Romanum, & alia per multa vrbibus aliis consueta ascribant alii si volent.

DE CONDITIS SECTIO PRIMA.

Mesues. Humectātur, ut docet Mes. in zingibere condito & myrobal. cepulis.



RYNGII *radix cōdienda, sit ampla, alba, tenera, intus ligno & foris cortice purgata, deinde secta in frusta pollicem æquantia, intus, unde lignum expurgasti, farta uno caryophyllo humectato, & particula zingiberis humectata. Hæc sic præparata coquitur in saccharo æquali & melle duplo, uel melle solo triplo. Coctis additur iustum pondus aromatum.*

Mel & saccharum despumentur & cū his radicibus percoquātur cinnamomi & zingiberis ana drach. duæ in lib. singulas.

Quoniam radices hæ quantumuis teneræ etiam subduræ apparent, & coctione in saccharo & melle durescunt, non tenerescūt, satius fuerit purgatas, & sectas, aqua eas tegente super cineres calidos nocte macerare, postridie semel feruefacere, & ex aqua illa, si pura apparet, sin minus, alia dulci saccharum ad electarii solidi, aut penidiorum consistentiam coquere, illi tum radices has sic emollitas parumper incoquere, caryophylorū vel cinnamomi, & zingiberis siccorum mediocriter pulueratorum ana vnc. dimidiam in conditi libr. duas, vel miscere, vel nodulo suspendere sine aliis aroma-

tib

tibus. Similiter condies radices ſiſari, cari, dauci, paſtinacæ, apii, raphani, & ſimilium prius ſcilicet lotas, & intus ac foris purgatas elignando, deradendo, decorticando, ſectas, fartas, melli, aut ſaccharo incoctas. Acorus autem noſtrâs non eſt condiendus, niſi medicus aliquis doctus iuſſerit, vt in Meſuę docui. Alii bene purgatas radices, in melle deſpumato, & ſaccharo clarificato mediocriter coctis, igni lento percoquunt, ex aqua tamen non præcoquentes, ne aromaticam vim auferant: radicem tamen helenii præcoque, vt amaritudinẽ deponat: ari, dracontii allii, cæpæ, porri, & ſimilium, vt acrimoniam deinde vt prædictas cum melle, & ſaccharo percoque.

*Diaſatyrion alterum accipit libram unam radicum eryngii coctarum in aqua cicerum ſecunda, radicum ſatyrij plenarum & recentium unc. octo, radicum rhaphani domeſtici unc. tres, radicum dracontij unci. duas, quæ omnes ſimul tritæ in lactis uaccini quantitate ſufficienti, & butyri uaccini olei ſeſamini ana unc. quatuor, igni lento coquantur ad iuſtam craßitiem, * tunc adde mellis deſpumati libras * ſex, ſucci cæpæ recentis libram unam & dimidiam, ubi omnia erunt perfecte cocta, & ab igni depoſita, adde*

** & cernatur.*

** tres tantum hodie*

t 5

hunc puluerem scinci caudarum & lumborum drachmas octo, seminis erucæ, nasturij, pastinacæ napi, asparagi frainix, piperis longi, been utriusq; zingiberis, cinnamomi ana drach. quatuor prædictis misce. Postremò adde strobillorũ depellatorum libram unam & dimidiam, pistaciorum depellatorum uncias decem, cerebrorum passeris uncias duas. misce omnia probè, aromatiza drach. una moschi boni.*

**aquæ rosarum semiiicia soluta & cũ alijs mista*

Radices raphani cum etiam duriores sint radicibus eryngii, cum his præcoquendæ videntur, radicis dracontii acrimonia, lacte, butyro, oleo obtunditur. Potes coquere ex lacte ouino, muliebri, caprino, & etiam asinino pro variis medici scopis, quibus etiam calidiora interdum auferre cogimur. Pro oleo sesamino iam desito sumitur oleum amygdalarum dulcium: quale postea describam, vt in diasatyrio analeptico. Iusta crassities est cataplasmatis, opiatæ, cassiæ purgatæ, sordium auris, mellis vetusti, aut probè despumati, quod signum quoque est perfectæ coctionis cuius post meminit. Nam mel despumatum, & succus cæpæ prædictam crassitiem eliquabunt, & velut incrudabunt: absumpta deinde per coctionem reliqua mellis humiditate, & ea que largior est in succo

cæp

cæpæ recuperatur prior consistentia, tuncque perfecta est coctio. Cicera eadem ratione infundit vel incoquit lacte, in puluere impinguante sectione octaua. Sunt quæ in rem præsentem quo voles tempore (nam semper vna radix vegeta est, licet magis & minus) lotam radicem ex secundo cicerum decocto coquunt, deinde caryophyllis & cinnamomi frustillis configunt, & cum saccharo clarificato, & colato parum diu percoquunt, dantque dormituris radicem vnam, aut duas nec infœliciter.

Aquam cicerum secundam cur capiamus in Mesue dictum. Radices plenas capit ex agro præsertim sabuloso, quia flaccidæ sunt exanimatæ, & vide ne varietas satyriorum tibi imponat, lactis quantitas sufficiens, vt digitis duobus supernatet, quo absumpto, si nondum hæ sunt percoctæ nouum lac, butyrum, oleum affunde. Pro cæpa bulbum ascalonitem nobis dictum, cur ponendum putem in Mesue docui.

Been, zingiber primò terantur, semitritis adde semina, deinde cinnamomum, postremò scinci sicci.

STROBILOS aqua tepida per semihoram prius macerari volunt ad acrimoniam tollendam, quæ cum tam exigua sit, in ali *Mesues. Conserua rosarum.*

ali

aliis magna, frustra id causantur.

CEREBELLA passerum præparata, vt libro secundo docuimus, in pluribus præparationum modis.

*Saccharum rosatum sic fit folia rosarum rubrarum nondum omnino apertarum in umbra *siccantur, donec ipsorum humiditas superfluat resoluatur, teruntur tunc in mortario lapideo, additur sacchari albi, triplum* reponuntur* uase uitreo aut uitriato pergamena operculato, mensibus tribus insolantur, in dies sæpe mouentur, soli auferuntur, seruantur.*

Sit saccharum, & mel triplum, vt florum, parum siccatorum vnciis duabus mellis despumati, aut sacchari puri, puluerati, vnc. sex miscent.

Saccharum autem rosatum aliud hodie nobis appellatur, quod aqua rosarum albarum, aut succo rubrarum pari solutum ad electarii solidi crassitiem coquitur, & pulueratur, vel in marmor butyro superlitum iniicitur, ibique latescit, dum cohaluit in tessellas secatur. Saccharum rosatum tabulatum vulgò dicitur.

*Saccharum uiolatum fit, ut rosatum, nisi quod uiolæ paulo diutius, & in umbra siccandæ, & cum saccharo insolandæ, sic fit saccharum * buglossatum & rosmarinatum.*

** Hodie extinguantur nõ siccentur.*
** Duplum plerique.*
**Non pleno, ut sit locus feruori etiã sine insolatu, dies triginta quidam insolant, male alij coquunt igni.*
Mesues cõserue uiolarum.
** Buglossi utriusque i. uulgaris & borraginis.*

Ros

Rosmarinatum malè anthosatũ vocant, cum anthos florem omnem significet non speciatim florem rosmarini. Sic etiam conseruæ, vt vocant, fiant ex floribus Persicorum, arantiorum, genistæ, spatti, maluæ, althææ, & similium florum.

Sunt tamen qui flores integros, & sacchari puluerem vicissim vasi inspergunt, & insolant, aiuntque sic suas qualitates propè integras flores seruare. Alii saccharum clarificatum infundunt.

Similiter quoque fiunt herbarum quarundam natura exuccarum conserue, vt adiantorum omnium quibus ad analepticum destillatum vtimur, & conserua asplenii, saluiæ vitæ, phyllitidis, & similium. Herbæ enim hæ recentes in mortario lapideo teruntur saccharo duplo miscentur, insolantur.

Mel rosatum sic fit, succi rosarum recentium libra una cum mellis albißimi & purißimi, & despumati libris decem coquitur igni in lebete. Vbi feruere hæc incipient, adde rosarum uiridiũ forpicibus, uel cultello incisarum libras quatuor, coque ad succi consumptionem, continenter mouendo in fictile aliquod transfuasa, & diu eodem contine, nam tempore præstantius euadit. Eodem modo fit mel uiolatum. *Nicolaus Alexãdrinus.*

Mel

Mel cum libris aquæ tribus mediocriter despumetur: vbi deinde feruebit, super ignem aut extra misce rosas & succum, & in sola dies quadraginta aut circiter: coque ad succi consumptionem, cola percoque in syrupum.

Sunt qui mel clarificant cum mel rosatum ore excipiendum est, illud enim clysteribus magis idoneum est.

Matthæus Gradi. in consil. de lepra. Mel myrtinum fit ex succi myrtorũ lib. 1. mellis lib. 2 igne lento simul percoctis.

Mel vuatum passulatum vulgò, fit ex vuis passis intus purgatis aqua calida. 24. horas maceratis, probè coctis, valenter expressis, expresso tandem ad mellis crassitiem percocto.

Mel emblicarum, scilicet myrobalanorũ, est quo ipsæ sunt conditæ & seruatæ.

His mellis differentiis vtimur in aliis cõpositionibus.

Anacardi triti diebus 7. aceto sufficienti macerantur, octauo coquuntur ad dimidias, colantur linteolo. Succus is cum melle sufficienti coctus ad spissitudinem mel est anacardinum. Fœx verò siccata anacardi sunt præparati. Nicolaus Alexandrinus in Theodoreto ex melle anacardino, alii mel leum id quod aquæ innatat, cui incoquuntur anacardi.

Fructus aut sacchāro, aut melle, aut utroque condiuntur, interdum integri & cum seminibus, sed ferè imperfecti, interdum seminibus purgati.

Fructus nostrates condiuntur poma, pyra moschatella, cydonia, persica præcocia, armeniaca, pruna, præsertim dactylina, nuces virides, cerasa, corna, baccæ ribes, & oxyacanthæ, omphaces, omnes integri præterquàm magni, vt cydonia, persica, hi enim foris & intus purgati, & in partes 4. secti condiuntur. Nuces verò depellatæ diebus nouem aqua pura in dies ter, quater mutata macerantur. Posteà coquũtur aqua, donec tenerescant, siccantur vento aut linteis, caryophyllis & cinnamomi portiunculis configuntur. Deinde vt reliqui fructus condiuntur. Alii melius nuces immaturas ter fuso (nam ferramentum acutum nigrauerit magis) configuntur, aqua sæpẽ mutata macerantur, coquuntur, vbi teneræ euaserunt, mox in aquam frigidam, puram coniiciuntur, exemptæ depellantur, linteo siccantur, caryophyllis, cinnamomo configuntur: sacchāro clarificato & percocto teguntur, quod secundo aut tertio quoque die, quia recruduit, parum est recoquendum nucibus tamen intereà exemptis.

Dies 4. sufficiunt edulcare nuces si aqua fluuiali multa & sæpè mutata macerés, tot autem diebus insipidæ euadũt, & semis putres. Saccharũ si purum aqua pauca ut libra una in libr. duas sacchari coletur impurum & pingue clarificetur cũ æquali aqua.

Sic

Sic enim virides,& puræ magis permanent. Cydonia quoque purgata ex aqua coquuntur, donec tenerescant posteà condiuntur. Modus autem condiendi omnibus est vnus, saccharo enim ad syrupi consistentiam cocto immisi incoquuntur, donec syrupi consistentiam saccharũ recuperarit quam amisit fructuum humore solutum. Quin & præcocia si prætereà saccharum retrudant, id exemptis intereà præcocibus recoquendum, deinde præcocibus reddendum. Si enim cum saccharo recoquerentur durescerent. Aliæ cydoniorum amborum conditurę docentur in Mesuæ, sectione prima.

Gelatinam cydoniorum sunt qui ex succo cydoniorum coquunt, alii ex cydoniati parte liquidiore, affuso vtrobique pauco succo ribes, aut oxyacanthæ, ad ruboris gratiam.

CONDITVRA SEMINVM, *& aliorum quorundam.*

Coriandrvm in tabula polita decliui, crebro succussu purgatur. Rotundius enim ac integrum delabitur. Quæ verò sunt quassa grana,& cum his alienę quædam materiæ in via ferè hærent, vel in ipsis ceu carceribus pigra cessant. Aceto id mersum horis circiter octo sine igni macerantur,

tur, igni frigitur ac ficcatur, eius libra vna faccharo fic tegitur ac incruftatur. Aquæ in lebetem ftannatum impofitæ libris nouem albumina ouorum tria iniiciuntur, fcopulatum agitatu multo in fpumam tolluntur, mox facchari, fi impurum eft (purum enim partius fatis eft partioremque aquam requirit) libræ nouem mifcentur igni, omnia fimul feruendo parum diu, & rudicula confunduntur, donec fpuma nigrefcat, quòd aquæ fexta parte confumpta ferè accidit, per pannum laneum colatur. Eius propè dimidium in fyrupi ferè confiftentiam recoquitur. Intereà femidolio focum alterum habenti fuperpofitum in magna pelui ærea coriandrium manibus ad ficcandum ducitur. Dum ficcum eft facchari eius vncia circiter vna cochleari affunditur, multum diúque manibus in ea confricatur, id velut tectorium dum apparet ficcatum, iniecto nouo faccharo, iterum vt prius confricatur, idque opus repetitur, donec totum illud faccharum induerint grana coriandri. Tunc reliquum facchari dimidium in fyrupi craſsitudinem percoctum, fimiliter affunditur & confricatur.

Perlatum verò fit (fic enim vocant, quando eius corpori faccharum accrefcit in formam paruiorum vnionum, quos vulgus per-

sas appellat) si vbi iustam incrustationẽ, sed læuẽ & politam est assequutũ, è vase sublimi inferno foramine saccharũ sic percoctũ paulatim tanquã filo perpetuò in peluim coriandrum sic tectum habentem continenter defluat. Peluim verò continẽter in omnem partem dimoueas, vel ansis apprehensam, & super corpus rotundum linco circulo interposito facilè mobilẽ, vel facilius multò mobilem si ansis funes sic ex solarii tigillo aliquo innexi, vt vterque alternis nunc tollatur, nũc deprimatur. Sic cortex cinnamomi, & aranciorum cõditur, si negligẽtia frictionis, aut imperitia saccharum fundo peluis læserit, semina exime, & vasi aquam infunde, igni trade, donec saccharum remollescat, & rudicula ferrea deradẽti cedat. Vbi tersum erit fundum vasis, aquã illam saccharatam effunde in vsus aliquos seruituram, vas linteo mundo, & igni sicca, semina tũc illi redde, & opus perfice.

Quanto autẽ est semen minutius, tantò ægrius saccharo integitur, & maiore iniuria manuum nullius propè interuẽtu calidario occurrentium: sed vbi iam auctius tectoris aliquot est redditum, tum tutius & facilius manibus cõfricãtibus perficitur. Talia sunt semẽ anisi, fœniculi, apii, cari, seriphii, quod cõtra vermes vocant, papaueris albi in cer

nic

niculo rariore, aut de*n*siore pro seminis quãtitate, purgatum accuratius confricandum: Strobili, pistacia, auellanæ, amygdalæ dulces, & si vis amaræ, similiter siccatæ eodem modo, sed citius incrustantur. Caryophyllorum surculi cinnamomum, cortex arancii, limonis, cucurbitæ.

Tragema, moschatũ ex puluere ireos saccharo aqua rosarũ, & pauco moscho sic fit. Puluis ireos velut cõpositi basis, in peluim missa affuso pauco saccharo tribulatur: vbi in granula minima partim concreuit, partim in maiora cribro exiguo cernitur, quod transit deligitur, iterum si opus est tegitur, donec seminis papaueris (quod etiã nonnulli loco pulueris ireos supponunt ad operis celeritatẽ) rotũditatem & magnitudinem sit assequutũ. Tunc moschus aqua rosarũ pauca, vt drachma vna vncia semisse solutus, pauco saccharo miscetur quo postremum fit tectôrium, sunt qui aceruo huius conditurae moschi pyxidem biduo aut triduo tantum obruant, vt moschi odorem trahat, substantiam non dissipet manifestè.

SECTIO SECVNDA DE *sapis & syrupis.*

SApa est succus à nobis tantum purgatus, & crassatus solis aut ignis calore. *Mesues.*

Sapa nobis sola paratur ex acinis vuæ albæ maturis, in lebete sine vllo liquore coctis, per mantile colatis & expressis. Id autem expressum percoquitur ad mellis consistentiam. Sunt qui vt fœlicius seruetur, saccharo pari condiunt: sunt qui ex vuis etiam nigris sapam coquunt.

Iulepus rosatus fit ex aqua rosarum cum pari saccharo cocta propè ad syrupi consistentiam: aut multò minus si mox vtendus est, nec aër ita calet.

Iulepus violatus fit ex aqua florum, & foliorũ violæ nigræ, & pari saccharo similiter coctis, suprà apozematum cõsistentiam infrà syrupi formã. Quanto enim perfectius coquitur, tãto diutius seruatur: sed est ingratius. Parantur in rem præsenté, aut si non licet, eorum loco syrupi vsurpãtur. Quia verò violas non destillamus ex siccarũ infuso coquimus. Alii magna violarum ad syr. violatum ex multis infusionibus faciendũ infusarum parum expressum destillant, hacque aqua inique vtuntur ad iulepi violati compositionem.

Materia syruporum omnis est à plantis, radices apii, petroselini, fœniculi, asparagi, rusci, cichorii, intybi, ireos, pirethri, spinæ albæ, & Arabicæ, glycyrrhiza, polypodium, agaricũ, rha barbarũ, helleborus niger, asarum,

rum,galanga,zingiber.

Herbæ,buglosſus vtraque, hyſſopus, mẽtha, calaminthe, eupatorium, abſynthium, adiantum album, origanum, thymum, epithymum,caſſutha,oxalis, fumaria, chamædrys,chamæpitis,folium. Harum item multarum ſuccus, præſertim buglosſi, menthæ, eupatorii, oxalydis, fumariæ, intybi, portulacæ.

Fructus poma, pyra, cydonia, cucurbita, granata,citrea,pruna,dactyli, thamar Indi, myrobalani,myxa,zizypha, ficus,vuæ paſſæ mundatæ,capita papaueris albi,nigri,rubri,folliculi ſennæ. Horum multorum ſuccus tantum,præſertim pomorum, pyrorum, cydoniorum, cucurbitæ granatorum, citreorum, & horum cortex,vuarum acerbarum & maturarum, vinum album bonum, antiquum, odorum, acetum, ſapa. Ad hæc myrtharum,prunorum,perſicorum, ribes,oxyacanthæ. cannarum ſacchari, ſaccharum.penidia: & his affinia,manna,mel crudum,& coquendo deſpumatum.

Semina,cydoniorum,melonum,papaueris albi,nigri,rubri,lactucæ:portulacæ,apii, petroſelini,intybi,fœniculi,aniſi, liguſtici, dauci,cari:piper omne,cardamomum, hordeum,maluæ, lini,fœnigræci.

Flores,crocus,roſa,viola,ſtœchas,ſchœ-

nuanthos, epithymum, cassutha, spica nardi, caryophillum, gummi Arabicum, tragacantha, mastiche, & liquor scammoniũ. Et prȩter hæc aqua ferè fontana pura illimis, ac omnis alienæ qualitatis expers, interdũ pluuia quæ additur, vt in eam vires medicamẽtorum simplicium macerando, & coquẽdo trahantur: deinde saccharo tradantur, vt etiam medicamentum diu coqui posſit, & qualitates alienas exuat, nouas acquirat: vt etiam promptius syrupi despumentur, clarificentur, colentur, & in corpus distribuantur: & sint accipienti gratiores. A quæ vires sæpè succi sustinent, sed hi sunt, vt dicam, clarificandi.

Succi, herbarum, & fructuum ad syrupos bis coquuntur. primò ad dimidias, vt syr. de pomis, & alii propè reliqui: interdum ad partis tertiæ consumptionem, vt syr. acidus ex succo citri, & alter ex succis fructuum: interdum ad libr. vnius consumptionem semel feruefiunt, vt in syr. bizantino: deinde colantur, posteà quiescendo residere finuntur, alii biduo, alii triduo, ali minus aut magis diu, donec scilicet quod in eo crassum & fœculentum est, subsederit, & reliquum tenuetur, clarumq; ac purum euadat: id quod paulatim vase inclinato colatur, iterum & cum saccharo ad syrupi consisten-

tia

tiam coquitur.

Subſidet verò aliis citius, aliis tardius, aliis largius, aliis parcius, vt vinis quæ genere ſunt ſuccorum, & vrinis. Vina enim alba, quia non ferbuerunt plurimam fœcem tedunt: nigra quia multum feruendo craſſum deponunt, minus: in medio ſunt media: ſic ſuccus pomorum, cydoniorum, limonum, multa parte ſubſident: ſuccus granatorum minus, vt illis pars ſexta ferè ſubſideat, his pars octaua, vt ex ſyr. de ſucco acido citri apertè deprehendes.

Deinde cum ſaccharo propè pari percoquuntur in ſyrupum, vt ſucci puri libras 4.5. ſacchari libras 3.4. recipiant, vt in ſyrupo ſucci pomorum, cucurbitæ, ſucci lib. 7. ſacchari lib. 5. in ſyrupo ex ſucco citri libræ 10. humoris, lib. 8. ſacchari in ſyrupo acido ex pomis, interdum minus ſacchari miſcet, vt in ſyrupo. Saporis ſuccorum libræ circiter 6. in libr. tribus ſacchari ſyrupi corticum citri libræ tres poſt coctionem relictæ cum ſacchari libra vna coquuntur.

Quin ſyru. acidus ex cidoniis in ſucci libris vndecim, habet tantum ſacchari libras duas. Eſt quando modus ſacchari incertus eſt, vt in ſyrup. acido ex ſuccis fructuum ſucci libras tres coqui cum Iulepi lib. duabus,

vel pluribus, vel paucioribus. Si mannã paucam acceperit syrupus, nihilominus sacchari postulat, vt syr. acidus ex manna eius vnc. tres capit, succorum libras 4. sacch. lib. tres, succus tamen cannarum sacchari, aut penidia ponuntur loco sacchari in syr. de canis sacchari nisi pro, aut, & , legas.

Quin & Iulepus clarus & purgatus sacchari vice præstantissimus est in syr. præsertim ex succis frigidis aut aromaticis, vt fit à Mesue in syr. acido ex succis fructuum, & in syr. corticum citri. Saccharum autem optimum ex aqua æquali coquunt, albuminibus purgant, colant, recoquunt ad penidiorum, aut sacchari rosati, aut electarii sicci consistentiam, & succos mox vbi extracti sunt, sine vlla coctione, colatione, residentia colant, per spumam in colo relictam ex saccharo iam colato purissimiq; hi transfluũt, & æqua portione baculo multum tribulando electariorum siccorum ritu paulatim miscentur saccharo sic percocto, quem Iulepum vocat Mesues, quomodo & syr. acetosum simplicem Mesuæ, & oxysaccharum Nicolai, & alios multos syrupos ex succis plærique hodie componunt, vt vires eorum sint integriores, nec ita promptè candescant, quod vitium pauco melle misto quidam effugiunt. Id quod probo maximè, mo

do

do non canescant,& situm non ducant ob succorum cruditatem. Quod vitium cauetur insolatu:quæ coctio his potior est,quàm quæ ab igne. Hoc autem modo syr. acidus citri,limonum,acetatus simplex albissimus fit,granatorum autem ribes oxyacanthæ syrup.cum debeat esse ruber,minus diu debet tribulari,ne coloris sui gratiam amittat. Est quando saccharum simul cum penidiis miscetur, vt in syru.papauerum ad catarrhum sacchari & penidiorum ana vnciæ quatuor in decocti selibra: & in syr. papauerum ad tussim,sacchari & penidiorum ana vnc.8.in decocti lib.duabus, sed in illo saccharum est parcius, vt in syru. adianti, sacchari clarificati,& aquæ adiãti ana vnc.octo cum lib. duabus decocti.

Coquuntur autem in vase terreo plumbato potius quàm æreo stannato,igni prunarum lento,aut flamma exigua, sed sine fumo, vt carbones antè sint omnino accensi quàm vas igni tradatur:qui si coctioni non sufficiant,alii ex foco semiusti substituantur,vt diximus in methodo medicamenta componendi lib.3.ne carbonum nouorum teter vapor coquenda vitiet.

Coquuntur syrupi ad iustam crassitiem, seu donec portio eorum refrigerata digitis tractatu hæret,ac fila ducit,& iniecta mar-

mori aut scutellæ stat & durescit non fluitat, seu donec immissi humoris seu decocti, seu succi vnciæ circiter duæ in libris singulis sacchari supersint. Id quod depræhendes bullarum modo & numero: nam quoad succi multum superest in medio bullam excitat vnam, eamque maximam in ambitu paucas & paruas: dum verò in syrupi consistentiam coctum propè est pro bulla illa maxima, plurimæ vbique mediocres tolluntur.

Nicolaus Alexādrinus in syr. rosaceo.

Qui verò syrupi decocto constant, non succis: pro seminum aut radicum libra vna requirunt aquæ libras circiter quatuor, pro herbarum manipulis quatuor, siccarum quidem, aquæ libras duas: viridium verò libram vnam, aliorum autem simpliciū quia pauca sunt parua habetur ratio. Mesues tamen, radicum simul & seminum libram vnā coquit in aquæ libris decem ad dimidias in syrupo acetato cum radicibus.

Cum item hordeum, vel aliud diu coquendum est, aut per se est macerandum, aut tanto largior aqua est affundenda, quanto coctio longior est futura: sic dum sicca, rara, lenta, & glutinosa coquis, aquam auge, vt in syrupo hyssopi, zizyphorum, alioqui colari non poterit, nisi nodulum ex glutinosis eam colato incoquis, aut muccaginem ex his cum portione decocti

ext

extractam coctiori iam saccharo misces. Incocta enim hæc glutinosa decoctum incolabile reddunt, quia substantia emplastica viam sibi præcludunt, poris coli obstructis. Idem vitium est si penidia miscentur ex saccharo pinguiore, impuriore cum amylo multo tractata. Sunt qui libræ medicamentorum multam coctionem sustinentium tribuant aquæ lib. 6. paucam, selibram, mediocrem. 3. lib. aquæ.

Simplicia primum deliguntur, & in scriniola papyracea, vel similia digerantur. Si- *Diosc.* qua seorsum maceranda sunt, aut simul ante macerentur: coquenda verò in lebetem in quo aqua iam caleat non tamen ferueat, iniiciantur, primum coctu contumacia, seu quæ viribus suis adhuc integris, longam sustinent coctionem, qualia ferè sunt radices, semina, fructus, cortices lignorum: *Diosc.* deinde illa quæ mediocriter: postremò quę ob essentiæ tenuitatem, aut virium imbecillitatem, etiam mediocri coctione exanimantur. Id quod odore, sapore, colore natiuo mox perdito ferè declarant. Quanquam color viridis in adiantis, ruber in zizyphis magis intenditur: quia in his valenter est mistus, & adianti perpetuò virent. de quibus omnibus abunde libro præcedente, de coctionis ratione diximus, hæc dum

car

carbonibus accensis coquuntur, quæ spuma supernatat, cochleari foraminulento deraditur,& simplicia,præsertim grauia, identidem rudicula tolluntur à fundo,ne vrantur, & leuia merguntur: vt coquantur, & vires suas aquæ tradant. Vbi quantum satis est cocta erunt omnia(quod ferè fit hora vna) & vim suam omnem in aqua iam quantum satis est consumpta deposuerunt(quod in multis simplicibus sapor propè aqueus relicto proprio declarat)igni aufer,& si vis in stanneam peluim,aut stannatam transfuasa: tege disco mundo, horis quinque, sex, noctem, diem,macerari permitte. Post id tẽpus igni parum diu redde,vt recalescant tantum:tũc per stamen cola,& exprime. Expressum vel procul ab igni vel potius igni redditũ,ouorum duorum iniectis albuminibus in libras 9.8.10.scopulis agita diu,& permisce donec quantum potest spumescat. Mox saccharum in frusta comminutũ,immitte, aut penidia, aut mel,& si qua sunt seorsum infusa,aut soluta,vt thamar Indi, cassia, agaricũ. Posteà coque,donec feruendo parum absit à supernatando & effluendo,etflataq; modice spuma decoctum sub hac clarum appareat. Tũc vt calet panno laneo puro cola,si est glutinosum,& quod primum permearit rursus cola,& si vis totum bis, aut ter cola, mutato

eti

etiam colo, si propter prioris sordem opus est. Nam quæ ita calida colantur, igni multum tenuata, permeant impuriora: si lentore carent, modicè refrigerata colentur: Panno etiam digitis molliter expresso, nequid vtilis materiæ in eo & fœcibus maneat, ne tamen adeò exprimas, vt sordis aliquid simul elicias, tunc enim iterum foret colandum. Vbi colando iam purum erit expressum, purgato intereà & siccato lebeti redde, & igni lento percoque ad syrupi consistentiam, seu donec decocti vnciæ duæ, aut tres in libris singulis supersint.

Si autem muccosa quædam sint incoquẽda, vt semina maluæ, cydoniorum, lini, fœnigræci, mastiche, tragacantha, gummi Arabicum, nodulo raro ligata filo longo & forti colato iam decocto incoque. Sũt qui tantum ante clarificationem incoquũt, alii ante & post. Postremò cum absoluta est coctio expressum nonnulli abiiciunt: alii nulla ratione in decocto retinent, cũ vires suas ea iam tradiderint omnes, non etiã aliquas retinent, vt nodulus aromatum, rha barbari, scamonii, hellebori nigri, & aliorum de quibus libro superiore in expressione.

Si verò ex infusione simplicium post coquenda fiat syrupus, omnia simul infundantur, deinde coquantur. Sic enim vis eorum

humori firmius,& diutius impressa, coctione iusta dissipari non videtur. Aqua autem infunduntur largiore sicca,rara quam viridia densa,vt in syru.stœchados simplicium, verbi gra.parum tritorum lib.vna maceretur horis 24.libris septem aquæ, si aridiora sint libris octo, quarum vnam vel paulo plus ebibent: coquantur deinde igni lento ad partis tertiæ consumptionem, quod etiã citra infusionem coquendo,faciendum est: posteà exprime,& reliquum,& lib. quatuor percoque cum mellis despumati,aut sacchari puri libris quinque ad syrupi consistentiam,& syrupi habebis lib.6.& dimidiam, aut si hyems est,ad libras sex:si æstas,ad lib. quinque & dimidiam. Nam æstate syrupi magis coquendi quàm hyeme ne feruescant humore excremẽtoso feruoris & putredinis causa relicto accedente externo calore hãc excitante,sacchari aut mellis purgati pondus par succo aut decocto quidam misceri volunt:alii verò etiam paulò plus ob nostrarum plantarum cruditatem, ob quam etiam diutius syrupi nobis sunt coquẽdi, vt propè solum sacchari aut mellis pondus maneat percocto iam syrupo. Diutius etiã coquendum:sic succi,aut decocti plus est quàm sacchari,aut mellis. Paulus tamen mellis partem vnam succi,aut aquæ partes tres coquit
ad

ad partinm duarum consumptionem in rho dostacte succi rosarum sextarios duos, mellis sextarium vnum coquit ad quartæ partis consumptionem.

Coquuntur syrupi in vase quouis, sed qui acetati sunt in vase lapideo vel terreo, sed plumbato, quod etiam Mesues rectè monuit in syrup. acetato simplici, ne acetum ex ære æruginem eliciat quæ syrupum vitiet, nisi vas æreum sit stannatum, quale est quo vtuntur ferè in officinis. In quibus coctione perfectæ scopus est syrupi consistentia: si verò antequam mel recipiant, cocta erant parum, vt ad tertiæ partis consumptionem, post mel acceptum mâgis sunt coquenda, vt oxymel de radicibus. Minus autem quæ cocta erant donec tantùm pars tertia remaneret, vt in oxymelite de calaminthæ mediocriter, vbi ad dimidias erant cocta, aut mel perfectius coctum illis minus coctum, secundis mediocriter coctum, postremis miscendum est.

Si operis specimen edis, aut etiam tecum componis, aquæ libras quindecim cum Mesue, aut potius viginti, libras sex rosarum macera horas octo, expressis rosis nouas immitte, idque opus nouies repete: aut si libras aquæ tantum quindecim misces, expressum pende, quod si diminutum est,

qu

quod deest suffice alio expresso trium aut quatuor infusionum.

Nicolaus.

Syrupus rosatus sic paratur, rosas recentes aqua feruente macera uase operculato, ubi hæc refrixerit expressis rosis & abiectis, iterum ferueſiat, & easdem rosas recentes alias macera. Id opus toties repete, donec aqua rubeat. Hæc albuminibus purgata cum pari saccharo percoquatur in syrupum.

Hic præsertim recens mediocriter purgat magis ex incarnatis, ut in Mesue docui.

Pari omnino hic debet aut iulepus rosatus Mes. in syrupum coquendus, non autem eius loco semper (quod hodie fit) substitui syr. ex rosarum siccarum infuso simplici, vel duplici cum pari, aut paulo parciore saccharo cocto & colato, qui syr. rosarũ siccarum est. Alius autem ex succo rosarum rubrarum fiat purgatio, cum pari saccharo, tertius ex infusionibus nouem rosarum, præcipuè incarnatarum purgatorius.

Nicolaus.

Syrupus uiolatus, & nymphææ, & alij ex floribus eodem modo fiunt.

Mesues.

Syrupus ex cydonijs fit ex libris decem succi cydoniorum coctis ad dimidias. Deinde biduo residere permissis donec clarescãt. Tunc colentur, & cum libris tribus sacchari fiat syrupus.

Si saccharum est purum, eius lib. vna aquę vnciis quatuor soluta tribus feruefactionibus

bus in electarium coquitur,tunc succus cydoniorum pistillo valenter commiscetur, sunt qui parumper saccharo propè percocto incoquunt:si impurum est saccharum, eius libra in aquæ lib. vna coquitur,clarificatur,colatur,percoquitur in electarium, fit vt prius. Sunt qui succos citra coctionem residendo, & insolando purgant,deinde cum saccharo clarificant,colant,percoquũt. Alii aliter, vt ante diximus.

Syr. de granatis acidis, syr. de granatis dulcibus, syr. de omphacio, syr. ex succo oxalidis, eodem modo fiunt, & de ribes, & uua oxyacanthæ. *Mesues.*

Similiter ex fructuum omnium,& herbarũ succo fieri syrupus potest si ad dimidias coquatur,biduo residere permittatur, coletur,cũ saccharo propè æquali percoquatur, in syrupi consistentiam.

Alii in his omnibus saccharum aqua pari solutum coctum modicè cum albuminibus purgant,colant,percoquunt in electarii, aut penidiorum consistentiam. Tunc vbi frigescit,succos ipsos per albumina in colo relicta colatos, & claros paulatim baculo miscent, qua componendi ratione succorum vis, præsertim frigida, vel aromatica integrior manet quàm si ipsi coquãtur. Alii suc-

cos hos residendo, & insolatu purgatos, saccharo, vt dixi, percocto cõprehẽdũt. Quam componendi rationem omnino præfero ei quæ succos ad dimidias coquit.

SYRUPI COMPOSITI.

Mesues.

Syrupus saporis de pomis recipit succi pomorũ redolentiũ lib. tres, succi buglossi domestici & syluestris ana libr. duas, folliculorum sennæ unc. quatuor, croci drachm. duas, sacchari albi libras tres. Fit autem sic, senna contrita horis 24. succis maceratu, semel aut bis ferueſiat, coletur: expressum post cum saccharo percoquatur in syrupum: crocus autem panno lineo ligatus inter coquendum infricetur.

Mesues.

*Syrupus portulacæ accipit seminum portulacæ tritorum lib. unam, horis 24. macerandam in succi intybi cocti & purgati lib. * quatuor post ea igni lento coque ad dimidias, & colatum cum sacchari lib. duabus percoque in syrupum.*

** Alij sex uel etiam octo, ut colari poßit, succus enim per se glutinosus lentescit adhuc infuso semine.*

Syr. adiantinus recipit glycyrrhyzæ unc. duas, adianti albi unc. quinque, tempera cum aquæ fontis lib. quatuor horis 24. coque ad dimidias, expressum percoque cum sacchari clarificati, aquæ adianti albi ana unc. octo.

Ex adianti albi lib. vna, & vnciis duabus glycyrrhizæ purgatæ & tritæ, decoctis in aqu

aquæ libris ſex ad conſumptionem tertiæ partis cum ſacchari libris tribus. Hîc percoquimus, adianti albi, recentis penuria, alii cum ſacch. libra, aut ſeſquilibra coquunt ſine aqua adianti, alii adiantum album recens multum ſine glycyrrhiza aqua macerant, exprimunt, cum ſaccharo clarificant, percoquunt.

Syr. ziziphorum fit ex zizyphis ſexaginta, uiolarum, ſeminis maluæ, ana unc. quinque, adianti albi, glycyrrhizæ, hordei mundati, ana unc. una, ſemi. cydoniorum, papaueris, melonis, lactucæ, tragacanthæ, ana drach. tribus, coctis cum aquæ fontanæ lib. quatuor, & lib. ſacchari duabus. Meſues.

Aqua eſt parcior quàm vt poſsit colari, ob id vel augenda eſt, vel ſemen maluæ & cydoniorum, & gummi tragacanthæ nodulo ligata clarificato ſyrupo immittantur, vel dimidium nodulo coctioni ante clarificationem immittatur: reliquum iam clarificato, ſi autem muccaginem ex his extractam non clarificato immiſeris, ægerrimè ob horum lentorem colatur: ſi colato, turbidus & impurus, ob id ingratior fit ſyrupus.

Syr. papaueris fit ex capitum papaueris albi & nigri, ana drachm. ſexaginta coctis in libr. quatuor aquæ pluuialis ad conſumptionem lib. 2. Ibidem.

& dimidiæ, tunc percoquantur cum facchari albi, & penidiorum ana uncijs quatuor.

Largiore faccharo fi condias, vt lib. vna, aut etiam duabus gratius erit, & citra multam coctionem facultati refrigeranti inimicam diutius feruabitur, cum pauco auté faccharo puro, fi diu non erit feruandum eft efficacius. Capita cum feminibus magnorũ & paruorum ficcorum & humidorum media macerentur 24. horis: & fi fint ficciora, pluribus deinde coquantur, donec tabefcãt: exprimantur cum faccharo, vel melle pro variis medici fcopis, percoquãtur in fyrupum. Vide diacodium in Mef.

Ibidem. *Syr. acetatus fimplex recipit aquæ fontis lib. quatuor cum facchari lib. quinque coquendas in uafe lapideo, ad dimidias femper defpumando, tunc adde aceti albi clari lib. duas.*

Sunt qui faccharum aqua folutũ mediocriter coquãt, albuminibus purgant, colant, percoquunt in electarii cõfiftentiam frigefcenti, paulatim baculo mifcent acetum purum, vel per albumina in colo relicta colatum, idque ne candefcat. Alii Nicolaum fequentes aceti albi partes duas cum faccharo purifsimo coquunt & defpumant, neque aliter clarificant. Hîc quanquam minimum, tamen compofitus eft.

*Putatur inuentus, uel usu multo celebratus bizantij unde illi nomen alijs à pretio denarij bizantini qui quibusdam bodie etiam bisantius dicitur, unde & syr. quoq; hunc denarij uocant.

*Syr. acetatus cum radicibus recipit radicum apij, fœniculi, intybi, ana unc. tres, seminum apij, fœniculi, anisi, ana unc. unam, sem. intybi unci. dimidiam. Hæc omnia igni lento coquantur ad dimidias in aquæ fontanæ lib. decem, tunc additis sacchari lib. tribus clarificetur, deinde acetum additur.

*Syr. bizãtinus ab solute sine aceto est. Syr. bizãtinus acetatus. Syr. byzãtinus cum additionibus.

*Syr. Bizantinus recipit succi intybi, & apij ana lib. duas, succi lupuli, buglossi hortensis, uel syluestris ana lib. unam, feruefiant semel & purgentur. Eius succi clarificati libras quatuor igni lento coque in syrupum cum sacchari libr. duabus, & dimidia interdum additur * acetum mensura succorum purgatorum dimidia: interdum rosarum unc. duæ, glycyrrhizæ, unc. dimidia: spicæ nardi drachm. duæ sem. anisi, fœniculi, apij, ana drachm. tres succis incoquuntur.

*Incerti est autoris

*Syr. de quinque radicibus accipit radicum apij, fœniculi, petroselini, asparagi, rusci, ana unc. duas, coque libr. sex aquæ fontis, ad tertiæ partis consumptionem expressum percoquitur cum sacchari lib. tribus, addendo sub finem aceti unc. octo.

Oxymeli simplex fit ex aceti parte una, mellis partibus duabus, aquæ partibus quatuor coctis in syr. consistentiam despumando.

Hodie sic coquunt quod diu seruandum est. Oxymeli autem Galeni ex aceti parte vna, mellis partibus duabus, aquæ partibus hyeme octo, æstate etiam duodecim. Mel cum aqua primùm despumatur, vbi spumare desiit, cum aceto iterum despumatur, refrigeratũ albuminibus clarificatur, igni redditur parum diu, cùm tollitur, cinnamomũ ad drach. vnam in libr. singulas: dum refrixit, per pannum bis, ter colatur: addito si vis etiam tum cinnamomo iucundissimum, dies paucos loco frigido seruatur ex albo aceto melle pulchrius.

Acetum scillinum sic fit, scillæ laminas inter corticem & cor medias, acu linea filo consutas tanto interuallo ne se contigant siccabis in umbra dies quadraginta, posteà concisam cultello ligneo lib. unam dies alios 40. insolabis, in aceti boni lib. 8. in uase uitriato, striti orificij bene obstructi, posteà colabis, & seruabis.

Sunt qui inter scillæ laminas ne se tangant, & ad odoris gratiam intersuunt fœniculi viridis, aut sicci stipites.

Ibidem. *Oxymeli scillinum fit ex aceti scillini libr.* dua

duabus, mellis despumati, lib. tribus decoctis despumando.

Ante mel sit despumatum, vt in mellero sato, sed quam spumam vi aceti scillini expuit, eam derade.

Oxysaccharum fit ex aceti unc. quatuor, sacchari lib. una, succi granatorum acidorum maturorum lib. dimidia. *Nicolaus saler. aliter ser Nicophar.*

Saccharum si purum est aceto solutum, duabus aut tribus feruefactionibus coquitur in electarium, posteà cum parum refrixit, pistillo miscetur succus granatorum. Si autem saccharum est impurum, ex aqua coquitur & clarificatur, deinde aceto & succo percoquitur.

Syr. absynthij recipit absynthij Romani libr. dimidiam, rosarum rubrarum unc. duas, spicæ nardi drachm. tres, uini antiqui boni & odori, succi cydoniorum ana libr. unam & dimidiam. In his macera horis 24. prædicta coque igni lento ad dimidias cũ mellis lib. duabus, fiat syrupus.* **Alij, lib. duas & dimidiã, ut facilius coletur & ualentius astringat.*

Absynthium, rosæ, spica minutim concisa vino & succo macerantur, coquuntur, exprimuntur, expressum cum saccharo clarificatum percoquitur in syrupum. Satius fuerit absynthium per se infundere, & rosas, & spicam simul, deinde infuso absynthii parum cocto addere alterum, & parum

simul coquere, exprimere. In expresso libr. sacchari dissoluti albuminibus clarifica, cola, tunc adde libr. reliquam sacchari, sed purissimi, vel per se clarificati. Si enim decoctum id cum duabus simul libris sacchari clarificas ob succi paucitatem non percolabitur, nisi succũ, vt dixi, auxeris ad libr. duas & dimidiam.

*Sunt qui pomorum acido dulcium, ut ramburorũ, & granatorum acido dulciũ, tantũ ana lib. duas & dimidiam miscent.

**Syr. menthæ recipit succi cydoniorum acidodulcium & dulcium, succi granatorum acidorum dulcium, acido dulcium, ana, lib. unam, & dimidiam *foliorum rosarum unc. duas, coque igni lento ad dimidias, *cum mellis uel sacchari lib. duabus fiat syrupus, aromatizetur cum gallia.*

*minutim concisæ.

Succos potes sole, igni, quiete purgare, & his reliqua macerare, vel citra purgationẽ. His cætera macerabis horis. 24. igni lento coque, exprimè, recoque, clarifica cum saccharo, vel saccharum clarificatum misce, cola, exprimè cum saccharo, expressum clarifica, colatur panno ægre & lente, sed tandem aut pannum muta, aut saccharum, vt prius partire.

*quæ succos macerando opotos coquẽdo reddis.

Loco syruporum fumariæ maioris & minoris hodie coquimus syr. ex succo folius fumariæ cocto residendo, purgato, percocto in syrupum cum saccharo æquali.

Syr.

Syr. epithymi recipit epithymi boni horten- sis drach. uiginti, myrobalanorum Indarum, citrearum ana drach. quindecim, cassuthæ, fumariæ ana drach. decem, thymi, calamintes, buglossi, stœchados, glycyrrhizæ, polypodij, agarici, myrobal. emblicarum, & belleric. ana drach. sex, rosarum, semi. fœniculi, anisi, ana drach. duas & dimidiam, pruna uiginti, uuarum passarum purgatarum unc. quatuor. Thamar Indorum unc. duas & dimidiam, sacchari libr. quatuor, sapæ lib. duas, fiat syrupus. *Mesues.*

Pruna, vuæ, semina, polypodium in aquæ libris octo coquantur, posteà glycyrrhiza, buglossus, fumaria: post myrobalani, calaminthæ, thymus: deinde propè coctis epithymus, cassutha, stœchas, rosæ, agaricum, addantur, vbi aquæ dimidium erit consumptum, aufer igni, macerari noctem vnam sine, recalfactum exprime, expressum clarifica cum saccharo, & cola. Thamar Indi cum decocti vnciis duabus creti & pensi, vt purgatis pondus iustum expleant, syrupo addantur, minimum coquantur ad decocti scilicet consumptionem, & sapa syrupo soluta misceatur: recoqui enim non debet. Sine his duobus sapore iucundo præditis consistentia fuerit liquidior, clarior & gratior, & efficax syrupus ad ea quæ promittit. Sunt qui

rectius agaricum, & myrobalanos seorsum infusos exprimũt, & aliis miscent, paulò ante collationem.

Mesues. *Syr. stœchados recipit florũ stœchados drach. triginta, thymi, calaminthes, origani ana drach. decem, anisi, pyrethri, ana drach. septem, piperis longi drach. tres, zingiberis drachmas duas, uuarum passarum purgatarum uncias quatuor, mellis libr. quinque condiatur cinnamomi, calami aromatici, spicæ nardi, croci, zingiberis, piperis nigri & longi ana drach. una & dimidia, ligata in panno raro & appensa in syrupum.*

Coquitur in aquæ libr. 7. vel octo ad libr. circiter duarum consumptionem, colatum cum sacchari libr. quinque clarificatur, colatur, propè percocto immergitur sæpe nodulus, & radicula comprimitur: postremò in percocto appenditur. Vuæ, origanum, calaminthe, pyrethrum, zingiber, piper, thymus, stœchas hoc ordine coquantur.

*Syr. glycyrrhizæ recipit glycyrrhizæ unc. duas, adianti albi unc. unam, hyssopi sicci unc. dimidiam, horis 24. macera, aquæ libr. quatuor coque ad dimidias, expressum percoque cũ * mellis, sacchari, penidiorum ana unc. octo, aquæ rosarum unc. sex.*

*Despumati.

Hodie coquunt plerique sine maceratio-

ne

ne, quòd ex his facultas in aquam coquendo promptè trahi posſit. Hæc roſarum aqua percocto iam ſyrupo addenda, ſed coquendo conſumenda, niſi cum quibuſdam drach. tantum ſex miſceas, tunc enim recoqui non oportet, quia aqua tam pauca ſaccharũ non recrudat. Sunt qui manè macerãt, poſt meridiem coquunt, penidia hæc fiant ex ſaccharo puriſsimo (nam impurum ægre colatur) hoc eſt, ſaccharum ad conſiſtentiam penidiis debitam coctum, & pertritum piſtillo ligneo in vaſe non autẽ manibus oleo, inunctis etiam cum amylo, tractum in penidia nempè illo ſaccharo impuriora.

Syr. hyſſopi, recipit hyſſopi mediocriter ſicci, radicum apij, fœniculi, glycyrrhizæ, ana drach. decem, hordei mundi unc. dimidiam, ſemi. maluæ & cydoniorum, tragacanthæ ana drachm. tres, adianti albi drach. ſex, zizypha, myza ana triginta, uuarum paſſarum purgatarũ drach. duodecim: ficus ſiccas, dactylos pingues ana decem, penidiorum alborum lib. duas: fiat ſyrupus. *Meſues.*

In lib. aquæ ſex calidas iniice hordeum hora poſt dimidia radices ſi dantur recentes, elignatas tamen & cõciſas, horæ quarta parte poſt, fructus omnes, mox ſemina, & tragacantham linteo raro ligata, filo lõgo,

poſt

poſtremò adiantum,penidia vt prius.

Ibidem. *Syr.praßij, recipit praßij unc. duas, hyßopi, adianti albi,ana drach.ſex, glycyrrhizæ, unc. unam,calaminthes,aniſi, radicum apij, fœniculi ana drach. quinque, ireos,ſemi. maluæ & fœnigræci ana drach. tres ſemi. lini & cydoniorum ana drach.duas, uuarum paſſarum purgatarum unc.quinque,ficus paſſas pingues quindecim, penidiorum mellis boni deſpumati ana lib.duas.*

In aquæ libris octo radices primùm, deinde aniſum, vuæ, ficus, poſt praſium, hyſſopum,calaminthe,poſtremò adiantum coquantur ad dimidias,horis ſex macerentur, recalfiant,exprimantur,cum penidiis & ſaccharo clarificentur, colentur, percoquantur in ſyr.intereà identidem in id colatum, & ſi vis expreſſum immerſo & confricato nodulo ſemima maluæ,lini,fœnigræci,cydoniorum continente.

Ibidem. *Syrupus intybi recipit ſucci intybi una ferueſactione,deinde reſidentia purgati lib.octo,affunde paulatim,ſaccharo,ſi impurum eſt clarificato.Si uerò minus eſt purum,ſucco diſsolutum coquatur,cum albuminibus purgetur,coletur, percoquatur in ſyrupum, nam hic ſuccus prompte corrumpitur,cum ſuccus limonum, granatorum, cydoniorum,etiam per ſe ſeruari poßint, & multò*

tò magis parum cocti cum ſaccharo.

Intybum accipe cicorium ſylueſtre non lactucam ſyueſtrem vulgi endiuiam ſeu intybum. Ne ſit opus prætereà ſyr. duobus de cichorio ſimplici, & de endiuia ſimplici. Quod ſi in aliquibus ſcripturis intybus & cichorium requirantur, vel ipſum auge, vel ſatiuum & erraticum, anguſtifolium, aut latifolium, vel alias cichorii ſpecies miſce.

Syr. arthemiſiæ Matthæi Gradi in cap. de mẽſibus ciendis lib. 9. ad Almanſorem, recipit arthemiſiæ manipulos duos, pulegij, calaminthes, origani, meliſſophyli, perſicariæ, ſabinæ, ſampſuchi, chamædryos, hyperici, chamæpityos, matricariæ cum flore, centaurij parui, rutæ, bethonicæ, bugloſſi.

Radicum fœniculi, apij, petroſelini, aſparagi, ruſci, ſaxifragiæ, enule, dictamni, cyperi, rubiæ, iridis, pæoniæ ana manipulum unum.

Seminis iuniperi, libyſtici, petroſelini, apij, aniſi, melanthij, carpobalſami, coſti, aſari, pyrethri, caſſiæ ligneæ, cardamomi, calami aromatici, phu, ana unc. ſemiſſem. Quaſſata infundantur aquæ fluuiali ſufficienti horas 24. poſt coque ad aquæ dimidiæ conſumptionem. Tunc aufer igni, dũ aqua tepuerit, frica manibus omnia

&

& cola expressum percoque in syrupū cum mellis & sacchari quantitate sufficienti. Additur interdum acetum acerrimum, uel scillites largius, partius pro scopis uarijs, aromatizatur cinnamomo & spica.

Alius simplicior istó est in usu.

In aquæ libras octo coque primum radices nostrates, deinde semina, post herbas, postremò pyrethrum, & aromata. Costum, asarum, casſiam, cardamomum, calamum aromaticum, phu vbi libræ quatuor supererunt, fiat vt in cæteris, & cum sacchari & mellis ana libra vna, & dimidia percoquatur, vt sit efficacius, quanuis plurima multum amara recipiat, pauco melle & saccharo dulcoratur. persicariam astringentem & frigidam, quæ maculato est folio nonnulli miscent: ego autem acrem & non macula tam vsurpandam censeo, vt acria & menses mouentia sint omnia nulla temperantia.

Idem plerisque fit simplex ablato rhabarbaro.

Syr. cichorij ex Gulielmo Placentino, recipit cichorij manipulos duos.

Foliorum buglosſi utriusque, lactucæ, cichorij hortensis, oxalydis, uiolæ nigræ, sereneos tricariæ ana manipulum unum, rhabarbari drach. duas.

Herbæ tritæ coquantur in lib. duabus, aquæ ad partis tertiæ consumptionem, colentur. Adde

exp

expresso saccharo libras duas, clarificetur, & iterum coletur, reddatur igni, adde rha barbarum pulueratum panno lineo ligatum, & sæpe confrica, donec syrupus erit percoctus.

Syr. cichorij alter ex Nicolao Florentino, recipit intybi satiui & erratici ana manipulos duos cucurbitæ, lichenis, lactucæ syluestris, & satiuæ, fumariæ, lupulorum, ana manipulũ unum, hordei integri, halicacabi ana unc. quatuor, glycyrrhizæ, adiãti albi & nigri, & uulgaris, asplenij cassuthæ, ana drach. sex, radicum fœniculi, apij, asparagi, ana unc. duas, coque in aqua sufficienti, cola, cum saccharo clarificatum & rursus colatum percoque in syrupum confricãdo in eius libris singulis rha barbari, drach. quatuor, panno raro ligatas cum spicæ nardi scrupulis quatuor. Dantur unciæ tres cum emulsione seminum quatuor frigidorum maiorum.

Hi duo syrupi hepatis obstructionibus, & intemperaturæ calidæ destinati, quia nominibus Barbaris & nemini intellectis constant, pelagus opinionũ pepererunt. Nã endiuia syluestris & domestica, taraxacon, batissosere, scariola, cichorium, quid apud hos sit Barbaros nunquam posśis ex ipsorum scriptis didicisse tam sunt ea plena crassa ignorantia. Propterea mihi videtur satius

cum

cum cichorii seu seridis genus omne eadem sit facultate, cichorium autē quod syluestre est stomacho vtilius & efficacius sit, vt syrupus hic ex solo fiat cichorio, aut cichorii succo, sed largiore, vt sit simplicissimus, cui si ad pompam voles alias seridis species miscere, & lactucam satiuam & agrestem, & sonchum vtrunque, & hieracium vtrunque, & chondrillam luteam, ac ceruleam, & si quid aliud tam satiuum quàm agreste lacteū est, ac cichorii generis, nihil repugno, modo tā nō sis anxius in harum vocum Barbaris cum re corruptarum inquisitione. Assuesce igitur vocibus Dioscoridis, nec te afflicta desiderio barbararum vocum, quæ quid significent ne ipsi quidem qui hos syrupos scripserunt, nec ipsorum alius quisquam vnquam pernouit, aut certò definiuit.

Endiuia (quod nomen ex intybo corruperunt) Barbaris est quæ lactuca syluestris Dioscoridis videtur. Thuscis autem vulgò endiuia est intybus, seu seris, lato folio: scariola verò ex seride etiam deprauatum est, intybus est satiuus angusti folium.

Taraxacon seu altaracon, etiam Gatinariæ aut cichorium est, aut dens leonis seu cichorium erraticum, latifolium Plinio dictum. Batissoseris Hermolao corruptum videtur ex baptisecula, quæ illi cyanus est, rurib

ribus sic dicta quod seculam, id est, falcem messoria remoretur. alii malunt baptissoserim esse serim, idest, cichoriũ quoddam erraticum: in tritico frequens flore cyanum referente, quibus magis accedo.

SECTIO TERTIA DE *Elegmatibus.*

ELEGMATVM seu lintuum materiæ ferè sunt Mesuæ partes plantarum. Radices, vt glycyrrhizæ, scillæ, iridis, bryoniæ: allii, ari, dracontii, cãnæ vstæ, quod spodiũ Arabibus dicitur. *Lohoc.*

Herbæ, hyssopus, prasium, adiantum album, calaminthæ, brasica. Flos croci. Fructus. vuæ passæ, ficus passæ, dactyli, myxá, zizypha, capita papaueris albi.

Succi radicum. glycyrrhizæ, scillæ.

Succi herbarum, brasicæ, prasii, fœniculi, cannarum sacchari idest, saccharum, & ex hoc penidia, mel.

Succi fructuum, mororum, batinorũ, nucum. myrtarum, pulpa casiæ, sapa.

Gummi, tragacanthi, arabicum, myrrha.

Semina, papaueris albi, & inde syrupus, psyllii, cydoniorum, maluæ, melonum, cucumeris, citreoli, amygdalæ dulces, amaræ, strobyli, auellanæ, lactucæ, portulacæ, lini, fœnigræci, fœniculi, anisi, nasturcii, amylũ, farina fabarum.

cydoniorum, psyllii.

Huius verò tempestatis elegmatum materiæ, magis sunt penidia, pilulæ albæ, bechicæ, electarium, vel pulueris E. diatragacãthi fri. diairis simplicis, & Salomonis diacalaminthes, dia hyssopi, diaprasii, saccharum cãdefactum, succus glycyrrhizæ, casia, cum syr. adianti, glycyrrhizæ, zizyphorum, vel alio thoracico magis & minus calido, tergente incidente, pro medici indicationibus. Quibus misceri possunt etiam alia simplicia prius dicta dulcia, amara, acria.

Tamen ex veterũ elegmatis hodie quidam retinẽt elegma sanũ, ex pulmone vulpis, diacodiõ, diamorõ, diacariõ. De quibus quia est abundè nobis dictum sectione tertia Mesuæ, frustra hic repetenda nõ fuerũt.

Sunt etiam qui compositum hoc medicamẽtũ elegma casiæ pro enematibus vocãt, & sic parant. In libra vna decocti violarum, maluæ mercurialis, betæ parietariæ, absynthii coquunt mellis lib. dimidiam, & sub finem iniiciunt pulpæ casiæ fistulæ purgatæ libram vnam.

SECTIO QVARTA.

SECTIO quarta de apozomatibus, & infusis est: quia tamen horum nullum hodie in vsu est, satius fuerit si quem vtendi cupiditas cœperit, Mesuem consulere.

Quæ autem infusa & apozemata in rem præsentem hodie facimus, longè sunt ab illis diuersa, & tam paratu facilia, vt vel puero perspicua sint. Quapropter de his supersedere malui quàm parum necessaria, etiam intelligentibus inculcare, præsertim cum statuerimus aliquãdo dare typographis cõmentarium quendam nostrum de remediis medicis omnibus sumendis & admouendis: inter quem multa congerimus exempla apozematum, & infusorum hac ætate consuetorum, quæ ad medicum magis quàm ad pharmacopœum pertinent.

SECTIO QVINTA.

Sectio quinta de antidotis seu electariis quorum materiæ ex omni medicamentorum simpliciũ genere petuntur. Hæc formis quatuor præcipue parantur, sicca seu puluere, melle excepta, vel saccharo, vel alio humore.

Quoniam verò puluis horum est materia reliquarum trium formarum de puluere prius mihi fusius dicendum, quoniam hic vario fit modo, vt mox audies.

Vt autem planius intelligas, pauca quædam capita ex trituræ ratione mihi sunt leuiter perstringenda, ne in compositionibus singulis hæc sint inculcanda.

Teruntur primùm radices acori, cyperi,

costi,phu,gentianæ,glycyrrhizæ,mei, zingiberis,& similium,& interdum coquũtur, si electarium præsertim molle est futurum, sed ante leuiter fractæ.

His mediocriter tritis semina fœniculi, apii,petroselini,anisi,dauci,ameos,seseleos, amomi,cardamomi,& similia adduntur.

Semina autem cucumeris,cucurbitæ,melonis,citreoli,cnici,vt nuclei pinei,amygdalæ inciduntur cultello per se,aut etiam saccharo pauco,ne pinguescant adiecto.

Posteà herbæ siccæ,casia, cinnamomũ, aspalathum,calamus odoratus,caryophylla,spica nardi.schœnuanthos.

Postremò flores rosarum,croci,epitymi, forpicibus ante confecti.

Vuæ,dactyli & similes fructus, vel per se triti cernũtur impulsu manuum, aut cochlearis, vt casia,thamar Indi:vel secti cum siccioribus teruntur.

Bdellium,opopanax,ammoniacum, opiũ, myrrha, vino, melle, vel alio humore soluuntur,vel parua portione cum aliis sicciorib us multis teruntur minutim prius secta, sic os ordis cerui,rasura eboris. Turbith modice quassatum vbi erit in diaphœnico, electario Indo vtroque & similibus, tunc sicciora misceantur zingiber, piper & similia, vt puluerari posit. Nam per se latescit non

pulueratur si sit legitimum. Quæ industria scammonio, opio, & liquoribus, gummis, resinis terendo latescentibus confert: vel pistillo & mortario calfactis illa siccare: sed id multum virium à medicamento digerit.

Terenda prætereà tenuissime calida cũ vrinas mouere studemus, vt thymum, asarum, cyminum, vt in aurea, athanasia, esdra, hæmagogo, diacurcuma, dialacca maioribus E. aromatico: crassius verò cum purgare studemus, vt in antidoto hamech vtraq;, in electario Indo maiore.

Per se teruntur rha barbarum, scammonium, nisi quòd oleum amygdalarum dulcium vtrique à quibusdam miscetur, & postrema miscentur ac è propinquo, & clementer ne euolent, aut exhalent. Seorsum quoque thus masculum, myrrha, mastiche, succinum, gummi Arabicum, tragacantha, moschus, caphura, ambra: sed hæc tria ferè cum pauca aqua rosarum, & postrema miscentur etiam è propinquo, qua ratione rha barbarum, & scammonium. Priora autem minutim secta mortarium siccius postulant, vt euphorbium, styrax calamites, sal gemma, sericum, anacardi etiam per se terantur.

Vniones, corallium vtrumque, lapidum pretiosorum fragmenta in mortario lapideo

deo vel æreo primum crafsius terũtur, postea super marmor, porphyrium, vel alium lapidem durifsimum ducentur, friantur, affusa identidem pauca aqua rosarum, aut buglofsi.

Lemnia terra, vt bolus armenia per se est friabilis, & humore aliquo soluta mox liquescit modo calcis.

Multa alia huc pertinentia ex modo componendi theriacem scripto nobis. lib. 4. methodi medicamenta componendi pofsunt huc tranferri, quale est illud quod mortarium in quo prædicta omnia teruntur, & cætera alia præsertim præciosiora, est tegendum etiam duobus operculis, ne quod est tenuifsimum exhalet ac euolet, eadem ratione quod iam est cretum curiosè inuoluatur. Si electariis succi, vel humida alia afcribuntur, tollenda sunt si hæc ficca & puluere seruaturus es pyxidibus vitreis, vt ferè hodie fit si verò electarium formare libet molle, sunt vsui quæ forma veteribus magis placuit, nam quæ hodie est electarii ficci, & solidi forma, minus est vsu frequens, nisi ad palati gratiam.

Si etiam dactylos, vuas, ficus recipit medicamentum, tollantur, si puluerem vis, nisi pauca cum magna ficcorum copia puluerari

posse videantur, si autem electarium mole conaris purgentur, secentur, terantur, cernantur, & aliis misceantur.

Si puluis ante electarii solidi compositionem amygdalas, strobilos, semina frigida maiora, & similia recipit. Hæc vtendi & electariũ parandi tẽpore misceãtur, quia diebus rancida fiunt, & compositum vitiant.

Pulueris vnc. vna, vel etiam drach. sex, vni libræ sacchari ferè miscentur in electario solido: sunt qui parcius iniciũnt, non vt grassius sit electarium, sed vt ipsis cõstet minoris. præsertim cum pretiosa recipit, vt electarium de gemmis, diambra exhilarans.

Pulueris verò vnc. 3. ferè tradũtur libræ vni mellis despumati: sic tamen vt saccharum, penidia, dactyli, amygdalæ, strobili, & similia. pulueris appellatione tunc non veniant. Mel tamẽ crudũ quadruplũ omnium puluerum miscet Mesues in antidoto diamoschu.

Cum verò pulueres miscentur, sit mel tepidum adeò, vt digitos admittat mel ipsum vel fundũ sartaginis, quæ mortario vel alterius manibus firmata sit oportet, quando pulueres pistillo ligneo sunt commiscendi. Id quod etiam seruandum est, si electarium solidum es facturus, quod primũ in offas mazæ modo cogunt, deinde manibus & pistil-

lo

lo ligneo super papyrum puram complanãt in flaminicæ placentæ figuram, mox cultello secant in bucellas, & tessellas, nunc rhomboides, nunc quadratas, nũc triangulas (quas lozengas vocant) nunc longiores digitorũ formas quas ob id manus Christi vulgus vocat. Quibus prætereà pondus circumscribunt, vt drach. vnius vel plurium.

Porrò in antidotis mollibus, vt catholico, diapruno, antidoto, hamech cum casśia & thamar Indi, cum humore aliquo soluta cernuntur, thamar Indi ante per horam sunt macerandi quam cernantur, vtraque verò antequam soluatur, humor est pendendus, vt intelligas an cum eo pondus iustum thamar Indorum & casśia postquam creuisti, retinueris. Eodẽ modo in manna & aliis eiusdem generis, quod etiam in pilulis seruandũ audies, dum lachrymas humore solutas cernes, aut colabis.

Antidotus diambra M. suæ recipit cinnamomi, doronici, caryophyllorum, macis, nucis moschatæ, folij, galangæ ana drach. tres spicæ nardi, cardamomi maioris, & minoris ana drach. unam, zingiberis drach. unam, & semissem, santali flaui, ligni aloës, piperis longi ana drach. duas, ambræ aureum unum, moschi drach. dimidiam. Ant. de gemmis Mesuæ recipit fragmen-

torum saphyri, hyacinthi, sardinis, granatorum, smaragdi ana drach. unam & semissem, zedoariæ, doronici, macis, corticis citri, sem. ocymi caryophyllati, ana drac. duas, corallij rubri. succini, limaturæ eboris ana scrip. duo been albi & rubri, caryophyllorum, zingiberis, piperis longi, spicæ, folij, croci, cardamomi minoris ana drach. unam, trociscborū, diarbodon, ligni aloës, ana drach. quinque, cinnamomi, galangæ, zurumbet ana drach. unam & semissem, foliorum argenti & auri ana aureum dimidium, moschi boni drach. semissem, ambræ drach. duas.

Ambra moschus per se terantur, coralliū & pretiosi lapides, aut per se singuli, aut omnes simul quo dixi modo, cætera simul terenda, sed ordine seruato.

*Art. exhilarans Galeno ascripta recipit apud Nicolaum, succi pomorum dulcium & odoriferorum. succi cydoniorum, succi florum borraginis, *florum basilici.*

*seminis alij.

Vini ueteris
Croci, macis, zedoariæ.
Xylobalsami, caryophyllorum.
Corticis citri. galangæ.
Nucis moschatæ, styracis calamitæ.
} *ana drach. quinque.*

Ca

Caphuræ, ambræ, moschi ana drac. unã, anisi, thymi, epithymi, rasuræ eboris ana drach. duas, margaritarum, ossis à corde cerui ana drach. unam. auri & argenti puri ana scrip. unum, sacchari quantum sufficit.

Antidotum hanc non esse Galeni plane conuincunt macis, zedoaria, caryophylla, galanga, moscho cariõ, caphura, ambra, moschus, simplicia Galeno ignorata, & ebur, margaritæ. os à corde cerui, aurum, argentum, saccharum, fumi nondum cœpta Galeni seculo, aut saltem infrequentia. Saccharũ cum succis coquendum, cui percocto & refrigerato puluueres miscendi sunt.

Sacch. lib. 7. in aqua dissolutæ & coctæ, additis ad postremum his succis coquantur quantum satis est ad comprehendẽdas vncias circiter septem huius pulueris. Electarium lætificans Nicolai Alexãdrini ab hoc est diuersissimum.

Hi pulueres tres antidotorum præcipuè nobis sunt in vsu, quamuis Mesue & Nicolao humore aliquo excipiantur in electariũ molle, vt nobis tempore vtendi in electarium solidum saccharo per humorem idoneum, sed paucum soluto percocto, vt pulueris vnc. vna habeat sacch. vnc. 12. vel pul. horum iuribus & cõdimentis miscetur.

Piæ

Præter hos autem alii, quia vſu rari à nobis conſultò prætermittuntur, præſertim ea fuſius in Meſue & Nicolao interpretatis, vnde poterit pharmacopœus corrogare, ſi quādo parare imperetur. Tales ſunt antidotus diacalaminthæ, diatrion pipereon, dioſpoliticum, diahyſſopum, diaſennæ, diacoſtum, diairis Salomonis, diapenidion, diacomeron, diatragacanthū calidum, diamargariton calidum, alia eius generis permulta.

Nunc de antidotis dicendum quæ ob id opiatæ vocantur, quod harum multæ opium recipiunt, quibus aliæ conſiſtentia ſimiles nomen idem vulgo ſunt ſortitæ.

Antidotum catholicum Nicolai, Galeno aſcriptum, recipit folliculorum ſennæ, caßiæ fiſtulæ purgatæ, thamar Indorum ana unc. octo, rhabarbari, uiolarum, polypodij, aniſi ana unc quatuor, glycyrrhizæ, raſæ, penidiorum, ſacchari candeſacti ana drac. quatuor, ſeminum quatuor frigidorum, purgatorum ana unciam unam. Polypodij alterius lib. unam, tritam, in aqua coque diu, colatum percoque in ſyrupum cum libris octo ſacchari. Caßiā & thamar Indos in colati parte diſſolue, cola, ſyrupo iam percocto adde, postremo pulueres adijce.*

Senna, polypodiū, glycyrrhiza, aniſum, violæ ſimul terantur, rha barbarum per ſe

Ponderibus uariat Nicolaus Alexādrinus, ex quo Salernitanus ſcripſit, nec Galeni meminit.

**recentes à quo tantum humiditas excremento ſa exhalarit aquæ libris 12. ad lib. 4. cōſumptionem.*

*ſe

**Nihil tamen tenuiss. quia purgatorium est medicamentum non ureticum.*

*semina.4.frigida maiora excorticata scalpello minutim concidantur cum saccharo & penidiis.ne pinguescant. Casia & si recentes sunt thamar Indi per se cernantur potius, quàm cum decocti portione soluantur, ne sint ad accepti humoris consumptionem coquenda.*Vbi ex decocto polypodii syrupus erit percoctus, & ab igne depositus, iam modicè refrixerit, casia & thamar Indi creta parte syrupi dissoluantur, mox syrupo misceantur. posteà puluis prædictorũ, postremò rha barbarum & concisa semina paulatim addantur pistillo ligneo probè permiscendo. Si verò casiam & thamar Indos decocti portione, vt vnc. duabus solueris & colaris, probè percocto ipsi syrupo misceantur, vt coctione acceptum humorem deponant. Hodie sunt qui delicatius, & efficacius componunt, sed sumptuosius, sennæ enim vnc. sexdecim in libris quatuor, rha barbari vnc. octo, in libra dimidia decoctis radicis polypodii infundunt, senne expressum cum sacch. coquunt in electarii prope consistentiam, expressum rha barbari miscent paulatim extra ignem, deinde casiam thamar Indos creta & pulueres,

**Si uerò thamar Indi decocto soluuntur & cernuntur, id pendedum, ut intelligas si cretorũ thamar Indorũ pondus quæsitu habes.*

Diadamascenon dicitur Nicolao Alexãdrino & uiridia damascena eligit.

Diaprunum simplex Nicolai recipit pruna

Damascena matura centum. Hæc aqua ad dissolutionem percocta ubi modicè refrixerint, exempta inde & manibus confricata per cribrum cernuntur, cortices & ossa abijciuntur. Aqua hæc cum dimidia uncia uiolarum recocta cum sacchari libris duabus in syrupum percoquitur addendo pulpæ prunorum prædictæ libram unã. Hæc ubi coquendo crassescere incipient, caßiæ recenter extractæ, thamar Indorum ana uncia una in portione parua prædictæ aquæ dissoluatur, coletur, admisceatur, semper spathula mouendo, dum perfectè omnia hæc erunt cocta, aufer igni & adde spathula semper miscendo puluerem sequentem santali albi, & rubri, spodij, rha barbari ana drac. tres: rosarum, uiolarum, seminis portulacæ, intybi, oxyacanthæ, succi glycyrrhizæ, tragacanthi ana drach. duas: quatuor seminum frigidorum maiorum purgatorum ana drachmam unam. Si uerò purgatorium uis medicamentum ab igne ubi abstuleris, adde scammonij præparati unc. dimidiam in libras singulas.*

**& colata. Vel potius si potes sine humore cernendo purgẽtur, ut in cathol ico dixi.*

Nicolaus alexãdri. scammonij drach. 7. in lib. singulas miscet.

Sunt qui scammonii drach. sex, alii vnciam vnam miscent libris singulis, sicque ne scientibus medicis imponũt, fit enim, vt medicamentum valentius purget, quod tamen clementius existimabat medicus instituisse.

An

Ant. diaphœnicon Mesuæ recipit phœnicon cirrhon, id est dactylorum fuluorum aceto per triduum maceratorum partes centum, penidiorum cum aqua hordei coctorum partes quadraginta, turbith partes triginta quinque, amygdalarum purgatarum partes triginta, scammonij partes duodecim: zingiberis, piperis longi, cinnamomi, macis, galangæ, ligni aloës, foliorum rutæ siccorum, anisi, fœniculi, dauci ana partes duas & semissem. Probè trita hæc omnia melle despumato excipiantur.

Lib. tribus

Dactyli intus & foris purgati quo sunt siccíores, eò diutius & largiore aceto sunt macerandi, quo recentiores & humidiores, minus diu & parciore aceto macerentur. Quin si præhumidi sunt citra maceratioñe teri possunt aceto pauco interim affuso: ferè autem nobis sunt passi, purgati igitur, & particulatim secti aceto parciore* sine igni macerétur, triduo in vase siliceo, vel vitriato tecto, pistillo ligneo in mortario lapideo curiosè terantur, manu cernantur per cribrum setaceum, vel stamen, vel reliquæ pelliculæ eximantur. Potes cum his amygdalas depellatas terere & cernere, aut cultello minutim concidere, vti & nucleos pineos (quos nõnulli penidiorũ loco adhibẽt) sed

*nam largius antè trituram effundendum facultatis dactylorum aliquid secum trahit.

sed cum culpa dactylorum ad aceti consum ptionem sit parum coquenda amygdalæ pinguescerent, ob id melius inciduntur & cum puluere reliquo miscentur. Mellis lib. sex aqua dupla despumatæ dum aqua consumpta ad libras tres* redierint, & cydoniati liquidi consistentiam habeant, dactylos misce, parum diu coque, vt acetum exhalet. Quidam sacchara excipiunt in electarium solidum, vt & diacnicum bene tamen coquatur, & loco sicciore reponatur, ne rancidum fiat. Nicolai Alexandrini diaphœnicon carnium dactylorum drac. centum recipit, cætera multum ab hoc diuersum est.

* *sunt enim pulueris unciæ nouem si drac. partem accipis.*

Antihamech apud Mesuen, recipit myrobalanorum flauarum unc. quatuor, cepularum Indarum, rha barbari ana drachmas duas, agarici, colocynthidos, polypodij querni ana drac. sexdecim, absinthij, thymi, sennæ ana unc. unam uiolarũ drach. quindecim, epithymi unc. duas, anisi, rosarum, fœniculi ana drach. sex, succi fumariæ lib. unam, pruna numero sexaginta, uuarum purgatarum unc sex, macera omnia sero lactis dies quinque in uase uitreato, oris angusti, obturati. Post hos semel serue fac, cola, in colato dissolue cassiæ fistulæ purgatæ unc. quatuor, thamar Indorum unc. quinque, mannæ unc. duas, frica manibus, iterum cola, colato adde sacchari lib.

Hodie melius expressum cũ saccharo infy...

unam & dimidiam, scammonij unc. unam & dimidiam, coque ad mellis craßitudinem, tunc paulatim puluerem hunc insperge. Myrobalanorum flauarum, cepularum Indarum ana unc. dimidiam, bellericarum, emblicarum, rha barbari, seminis fumariæ ana drach. tres, seminis anisi, spicæ nardi, ana drach. duas.

Polypodium, senna, myrobalani, anisum crassiuscule terātur, agaricum raptim minuatur, colocynthis, rosæ, thymus, epithymus, absynthium, minutè forpicibus incidantur, rha barbarum cultello: vel forcipe in taleolas, pruna, vuæ intus purgentur: violæ integræ, agaricū, rha barbarū, colocynthis cum cæteris: quinque dies macerentur succo fumariæ, residētia, & insolatu etiam post vnā feruefactionem purgato, & sero lactis colato quātum omnia tegat, vt libris tribus: sed agaricum, & colocynthidem nodulo ligare præstiterit. Sexto die id totum leuiter coquatur, coletur mediocriter exprimendo. (Fortis enim expressio ex materia illa macerando & coquendo velut putrefacta terreum quoque extrahet.) Colati portione idonea dissolutā cassiam & thamar Indos, alia portiuncula mannam cocto ex reliqua colati parte syrupo, cum sacchari lib. vna & dimidia misce minimum coque: his enim

rup. per coquitur & refrigerato miscentur cassia & thamar indi cretæ cum parte decocti, posteà pēsi & scāmonium colatum.

coctio longior, aut vehementior vires adimit, quapropter ne omnino coquantur, quidam sine humore purgatam cassiam, & thamar Indos percocto & tepenti syrupo miscent, quo scilicet tempore adduntur pulueres aliorum & scammonium coctum. Serum fit lactis caprini recés mulcti, & in rem præsentem coagulati immisso semine cardui beatæ Mariæ confracto. Eius seri lib. sex semel ferueſiant, albuminibus duobus purgentur: vbi refrixerint, colentur: aut si celerandum est, ter colabis etiam calidum. Capræ autem nigræ, & ex cornis ferum hîc quidam expetunt, vt lacpractici ad calculũ frangendum.

Ant. benedicta Nicolai recipit turbith electi, sacchari ana drachm. decem, scammonij cocti, hermodactylorum rosarum ana drachmas quinque, caryophyllorũ, spice nardi, zingiberis, croci, saxifragiæ, macropiperis, amomi, cardamomi, seminis apij, salis gemmæ, galangæ, macis, cari, fœniculi, sem. asparagi, rusci, lithospermi ana dracmam, mellis quantum sufficit.

Turbith, scammonium, hermodactylos trita negligentius, vt purgent magis: reliqua tenuius, vt in corpus magis ferantur, ex trituræ disciplina rectè quidã volunt. Turbith, esulæ, sacchari ana drach. decem, scam

mo

monii drachm. quinque, quædam exemplaria habent, cum esula in Nicolao Alexandrino taceatur, in eodem scribitur turbith sacchariq́ue ana drach. viginti, scammonii drach. decem, sed reliquorum omniũ ana drach. duæ, quæ pondera omnia dimidio diminuit Nicolaus Salernitanus, sunt qui etiam scãmonii drach. duas, alii drach. duas & semissem miscent.

Hierapicra, id est sacra amara Galeni, recipit cinnamomi, mastiches, asari, spicæ nardi, xylobalsami, croci ana drach. sex: aloës drach. centum, mellis quantum sufficit.

Sic Galenus Romæ componi solitam suo tempore scribit: & aloën, nunc lotam, nunc illotam, nunc largiorem, nunc parciorem miscendam pro variis medicorum scopis: & croci sufficere drach. quinque. Plura de hac antidoto leges in Mesue.

Ant. hiera diacolocynthidos Practij recipit stœchados, marrubij, chamædryos, agarici, colocynthidos ana drachmas decẽ, opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotũdæ: piperis albi ana drachmas quinque, cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ, polij, croci, ana drac. quatuor. Opopanax & sagapenũ mortario terãtur adiecto melle tenui, id est quã liquidissimo: trita cætera & cribrata melle ad comprehẽdendũ sufficienti excipiãtur. *Scribonius largus.*

Quæ ad hãc hieram hodie celebrati cœptam magno mortalium commodo pertinent,fusissimè in Mesuè docuimus. Si puluerem & siccam hieram cupis,liquores fractos purgatos aliis particulatim iniectos,cum his puluerantur. Si autem vis electarium molle,liquidissimo melle dissoluti colantur.

Ant. Philonis recipit piperis albi, hyoscyami albi ana drach. uiginti, opij drach. decem, croci drach. quinq;, spicæ, pyrethri, castorij ana drachmam unam, mellis despumati quadruplo omnium excipe. Addunt aliqui moschi scriptulum unum.

De philonio Romano & Persico lege Mesuen, mihi satis est hæc veterum descriptio. In hac antidoto pulueris vnciæ tres mellis libr. singulis miscentur, vt in aliis plurimis, à Philone Iudeo philosopho Platonico doctissimo, vt scribit Nicolaus Alexãdrinus, dicta.

Ant. de baccis lauri Rasi recipit foliorum rutæ siccorum drach. decem, seminis ameos, cumini, melanthij, ligustici, origani, cari, dauci, amygdalarum amararum, piperis nigri & longi, mentastri, acori baccharũ lauri, castorij ana drach. duas, opopanacis drachm. tres, sagapeni drachm. quatuor, mellis cocti pondus omnium, tritis terendis fac electarium molle.

Ho

Hoc electarium pilularum consistentiam habebit ex tam pauco melle, nisi sagapenũ & opopanax alio melle liquidissimo dissol uantur & colentur, vt in hiera diacolocyntidos. Hodie mel pulueribus quadruplum miscent, sed puluerum nomine opopanacem & sagapenum non censent, sic est gratius, sed imbecillius.

E. diacnicũ Arnaldi uillanouani recipit pul. E. diatragacanthi frigidi unc. semissem, carnium cydoniorum unc. unam, medullæ cnici, hermodactylorum ana drachmas quatuor, zingiberis albi drachmas duas, scammonij cocti drachmas tres, turbith albi drach. sex, mannæ, granatæ drach. duas, mellis rosati colati unc. unã, sacchari unc. octo cum saccharo sufficienti fiat electarium. *Diacarthami.*

Caro cydoniorum siue cydonia in partes. 4. plures pauciores diuisa, & vt sunt integra saccharo condita terantur, & per stamen colentur, cuius loco si cum nostratibus cydoniatum capias in drach. eius duabus vna erit sacchari, aut mellis drach. vel etiam largius. Tunc verò id vt manna melle rosato soluta colatur per stamen, semen cnici excorticatum, vel inciditur, vel cum saccharo teritur, & pulueri turbith, hermodactylorum & zingib. simul tritorum miscetur,

ſcammonium verò per ſe. Vbi ſaccharum paulò vltra quàm electario conuenit eſt coctum,(quia liquida mox addenda ipſum vt ſic dicam recrudabunt)adde cydoniũ,mannam,mel roſatum ſimul trita & colata. Sũt qui pul. diatragacanthi omittunt, & cydoniatum cum melle ſubactum immittunt in ſacchari lib.vnam percoctam cum aquæ vnciis 4.vel ſex,ſi impurius eſt ſaccharum, & ob id deſpumandum, poſteà pulueres reliquos. Alii aliter.

Elec.de ſucco roſarum Nicolai recipit ſacchari,ſucci roſarum rubrarum perfectarum ana lib.unam uncias quatuor ſantalorum alborum & rubrorum & citreorum, ana drachmas ſex, ſpodij drach. tres,ſcammonij cocti drach.duodecim,caphuræ ſcript.unum, ad excipiendum,ſuccus cum ſaccharo in ſyrupum percoquatur.

Cui miſce ſantala & ſpodium puluerata, poſtremò ſcammonium & caphuram, vtrũque per ſe tritum.

Cum Meſuæ ſit ſolenne vnciis ſingulis compoſitionum ſcammoniatarũ dare ſcammonii cocti circiter ſcriptulum vnum, hîc Nicolaus dat propemodum ſcriptula duo, ob id rectè quibuſdam vidẽtur ſcammonii drach.octo, huic compoſita ſufficere, tamẽ etiã drach.duodecim ſcribit Nicolaus Alexand

xandrinus cap.309.lib.de cõpositione medicamentorum secundum locos, ex quo Nicolaus Salernitanus & alter Nicolaus præpositus sua descripserunt. Succo partiori cõmodius fieret. Alii etiam componunt E. rosatum colagogum Mesuæ.

E.diarbodon abbatis Nicolai recipit, santali albi & rubri ana drachmas duas & semißem, tragacanthi, gummi arabici, spodij ana scriptula duo, asari, mastiches, spicæ nardi, cardamomi, succi glycyrrhizæ, croci, xylaloës, caryophyllorum, galliæ moschatæ, anisi, marathri, cinnamomi, rha barbari, seminis basilici, oxyacanthes, cichorij, portulacæ, cucurbitæ, cucumeris, melonis, citreoli, ana scriptulum unum, margaritarum, oßis à corde cerui ana scriptulum dimidium, sacchari candesacti, rosarum ana unciam unam, drach. tres, caphuræ grana septem, moschi grana tria & dimidium, confice cum syrupo facto ex aqua rosarum.

Puluis huius vt aliorũ vitrea pyxide operculata seruatur, & vtẽdi tempore excipitur syrupo rosato percocto. Vel sacchari delecti lib. vna dissoluitur, lib. dimidia aquæ ex rosis albis recentibus destillatæ, vel rosarũ siccarũ decocti, vel succi rosarũ rubrarum recentiũ, & coquitur ad iustam crassitiem.

Vbi refrigerando iam multum concreuit, pulueris prædicti drach. sex iniiciuntur, raro plures: & curiosè pistillo ligneo, vt prædixi, miscentur: semina quia cito rancescunt & cætera corrumpunt, misce tantum vtendi tempore. Moschum plerisque abominabilem, & cephalagicum, ne misce, vti neque caphuram, nisi doctus est medicus qui imperet.

E. aromaticum rosatum Gabrielis apud Mesuen recipit rosarum rub. drachmas quatuordecim, glycyrrhizæ rasæ drachmas septem, ligni aloës, santali flaui ana drach. tres, cinnamomi drachmas quinque, macis, caryophyllorum ana drachmas duas & semissem, gummi Arabici, tragacanthi ana drachmas duas, & partes duas drachmæ unius, nucis moschatæ, cardamomi maioris, galangæ una drach. unam, spicæ nardi, ambræ cineritiæ ana script. duo, moschi scriptulum unum, syrupi rosati quantum sufficit.

E. diamargariton frigidum recipit santalorum omnium florum uiolarum, seminis melonum excorticati, trocischorum diarhodon ana drach. duas, serici crudi ossis à corde cerui, spodij, doronici Romani, been albi & rubri, spicæ nardi, croci ana scriptula duo, margaritarum integrarum & pertusarum, rasuræ eboris, saphyrorum, hyacin

cinthorum,ſmaragdorum,iaſpidum uiridium,ligni aloës,ſeminis intybi & oxalydis, ambræ cineritiæ ana drachmam ſemiſſem , auri optimi drachmam unam , caphuræ ſcripulum unum, moſchi grana duo.

Aliter Nicolao,aliter aliis,ſed hoc nobis eſt in vſu frequentiore.

E.diatrionſantalon Nicolai recipit,ſantali albi,rubri,flaui,roſarii, pſyllij ana ſolidos duos, rha barbari, ſpodij , ſucci glycyrrhizæ , ſeminis portulacæ, ana ſolidum unū & dimidium, amyli,gummi Arabici, tragacanthi, ſeminis melonis,citreoli,cucumeris,cucurbitæ,cichorij domeſtici ana ſolidum unum,caphuræ ſcriptulum unū & dimidium, ſyrupi roſati quantum ſufficit,alij pondus roſarum quadruplum miſcent.

Dimidium eſt deſcriptionis Nicolai Alexandrini,niſi quod ſaccharū habet pro pſyllio,& cichorii domeſtici non meminit loco ſyrupi:fit cum ſaccharo in aqua cōmuni aut roſata ſoluto.

E.Diatragacanthon frigidum Nicolai recipit ; tragacanthi albi unc. duas, gummi arabici unc.unam,drachmas duas, amyli unc.unam, penidiorum uncias tres, glycyrrhizæ, ſeminū melonis, cucurbitæ, cucumeris, citreoli ana drachmas duas,caphuræ ſcriptuli ſemiſſem,ſyrupi uio-

rosatum, syrupus rosatus vel similis, interdum muccago tragacanthi, ita vt omnino sit glutinosum, quod pilulas debet comprehendere, vt melius velut in mazam misceantur, & mista cohæreant, ac ne simplicium facultas promptè exhalet, si offa siccitate interhiet, sed intus probè conclusa melius fermẽtetur. Ob eã causam quas pilularum species aqua, aut succo vult comprehendi Mesues aut Nicolaus, hodie nos excipimus melle, in quo succus hic ad sui consumptionẽ sit percoctus. Quod succo cõprehensæ non cohærent, sed hordeacei, aut furfuracei panis modo promptè fiantur, mox siccãtur, & canescunt sitúmque ducunt putredinis indicẽ & autorem. Ob eam rem videtur Nicolaus pilulas sine quibus, fœniculi succo exceptas manibus oleo rosato, aut communi inunctis formari, & nos alutam, aut pergamenam offæ inuoluẽdæ debitam oleo quoque oblinimus.

Si tamen in vsum præsentem fiant pilulæ, possunt succo excipi, quod in multis videntur scriptores innuisse, dum ciceris scilicet orobei, aut orobi, aut piperis magnitudine pilulas formandas imperant. Est tamen quando succi emplasticam efficiunt materiam, quando scilicet his emplastica alia soluuntur, vt aloẽ, scammonium,

ſagapenum, ammoniacum, gummiarabi-
cum,tragacãtha.Tunc etiam pilularum maſ
ſam rectè cõprehenderint. Omnia in pilulis
craſsius terenda quã in electariis, niſi quod
vtrobique lapides pretioſi, & congeneria
tenuiſsimè ſunt pulueranda,& coloçynthis,
ne partes quas permeat vlceret.

Quæ verò lachrymæ,ſiue liquores ſuis,
ſiue gũmi,ſiue reſinæ,ſi ſunt adhuc mollicu
læ,piſtillo calido,in mortario calido teren
tur & puluerabũtur,aut humore idoneo diſ
ſoluẽtur,vt alia capiãt. De ſuccis recentibus
iam diximus,de ſiccatis ſeu ſapis idẽ iudiciũ
quod de lachrymis, interdũ tamẽ prædictæ
lachrymę,ſi purę ſunt,piſtillo calido in mor
tario calido humore pauco ſuperdato ſubi-
guntur,fiuntq; idoneæ pulueribus aliis com
prehendendis,vt in pilulis fœtidis, ſagapeni
& ſimilibus. Si autem ſint impuræ, diſſoluũ
tur humore quæſito, colantur, coquuntur
ad humoris conſumptionem, pulueres tunc
adduntur & permiſcentur.

Magdalia ſeu offa,ſeu maſſa inuoluitur,
vbi ſiccata eſt quantum ſatis eſt,aluta,alba,
potius quàm rubra, vt vires illas infectricũ
materiarum pilulæ in ſe non trahant, aut
pergamena,ſed vtraque,oleo roſato, aut cõ
muni eſt ante ſubigẽda,vt maſſam diu mol
lem ſeruet & tranſpirare vires eius prohi-
bea

beat, obstructis oleo emplastico poris, non tamen ita quin humiditas, si qua adhuc superest excrementosa digeratur. In vsum autem non veniant pilulæ si potes, nisi iam fermentatæ, non tamen vetustate exuccæ, & exanimatæ: sed nec ita molles, vt in ore diffluant, sed consistentia mediocri fiant, aut plures, pauciores, maiores, minores pro eius, qui sumit natura, & aliis medici scopis. Si autem deuorare nequit, minimæ fiant, & syrupo aliquo inuolutæ cochleari aliquo simul deuorentur. Alii ne ingratum earum saporem percipiant, syrupo remollitas saccharo tegunt, alii foliis auri æquius, quàm nonnulli membrana prunorum, aut vuarum, aut cerato liquido. Nam carne prunorum, aut pomorum coctorum inuolui non magis prohibeo, quàm pane missali in vinum merso. Os quoque ante & post ablui potest vino, aqua, alio, vt lingua hoc imbuta saporem tetrum non sentiat: & si quid ei hæserit, tergeatur, potest etiam vini loco pomi buccellam mandere & succum deglutire, aut aliud aliquid iucũdum præsertim astringens. Sunt quoque qui os vino vel alio implent, & pilulam ori immittunt, cum vino illo deuorandum, idque toties repetunt, donec omnes deuorarint: quod ad celeriorem pilularum actionẽ facit, nõ ad diuturniorẽ,

&

& ventriculum lædi pilularum præſertim durarum contactu vetat, & quibus friget vẽtriculus confert, vt quibus is aut hepar inſigniter calet, cum ptiſſana, vel humore alio deuorari poſſunt, manus etiam ligare, & eas ac nares aceto, aut frigida aut oxycrato madefacere eſt vtile. Quæ præcepta ſunt communia etiã his qui medicamenta alia quauis forma ſumpſerint, quando vomitus eorum timetur, Et præter hæc alia multa doctè à Meſue deſcripta libro primò.

Pilulæ aureæ Nicolai recipiũt aloës, ſcãmonij cocti ana drach. quinque, roſarii, ſeminis apij ana drachmas duas, & ſemiſſem, aniſi, fœniculi, maſtiches ana drach. unam, & ſemiſſem, croci, pulpæ colocynthidos ana drachmam unam, cum aqua infuſionis tragacanthi fac maſſam.

Tragacanthi drach. vna aquæ vnc. duabus maceretur ad diſſolutionem ſuper cineres calidos coletur panno raro: hac muccagine paulatim affuſa cõprehende pulueres, hodie tamẽ ſyrupo vel melle roſato cõprehendũt omiſſa tragacãtha, neq; mea ſentẽtia infœliciter, aloë, ſcãmoniũ, colocynthis, maſtiche ſeorſum quo ſępe dixi modo terẽtur, ſimul autem ſemina, roſæ, crocus, ambo hæc prius minutim conciſa dimidium eſt compoſitionis Nicolai Alexandrini, in quo etiã

ma

mastiche non scribitur.

Pilulæ cocciæ Rasis & Mesuæ recipiunt, pulueris hieræ picræ Galeni drach. decem, colocynthidis drachmas tres, & scripulum unum, scammonij drach. duas & semissem, turbith, stœchados ana drach. quinque.

Syrupo vel melle rosato excipe, turbith, & stœchas simul teruntur, cernantur. Nam stœchas ægre teritur licet florulenta sit, nisi inter papyros siccetur antè, quomodo etiã vis eius facilè exhalat.

Alij ex Nicolao Galeni coccia sic parant, aloës, absynthij, colocynthidos, scammonij ana partem unam, mastiches partem dimidiam, cum succo fœniculi uel absynthij, uel solani, forma massam. *pil. Gal. ex aloë li. 1. c. ph. p.*

Nicolaus Alexandrinus Galeni non meminit, & vocat pilulas diacolocynthidos, hisque miscet aloës, scammonii cocti ana drachmas quatuor, colocynthidos, mastiches ana drachmas duas, bdellii drachmã vnã cum succo absynthii fac orobea catapotia.

Pilulæ sine quibus esse nollo apud Nicolaũ recipiũt, aloës lotæ drachmas quatuordecim, mirobalanorum, flauarũ, cepularum, bellericarũ, emblicarũ, Indarũ, rha barbari, mastiches, absynthij, rosarum, uiolarum, sennæ, agarici, cassiubæ ana drach. unã. Tẽperentur scammonij bene tritæ & *In Nicolao Alexãdrino non inuenio.*

pu

pulueratæ drachmæ ſex & dimidia ſucco fœnicu li, quantus ſcammonio per pannum colando, & pulueribus alijs ad pilulas comprehendendas ſufficere uidebitur, quæ manibus unctis oleo uiolato uel communi, ſed arte dicta loto formentur.

Senna myrobalani, abſynthium, roſæ, violæ, caſuptha ſimul: rha barbarum, aloë, ſcammonium, maſtiche per ſe puluerentur, licet autem ſucco fœniculi purgato parua coctione & reſidentia, in quo diſſolutum ſit ſcammonium comprehendi poſsint, tamen ferè ſcammonium per ſe tritum & cretum aliis pulueribus miſcent, omnesque ſimul miſtos excipiunt melle, cum quo ſuccus fœniculi coquendo ſit conſumptus.

Succus abſynthij ſiccatus hodie nō ſeruatur, igne tamen in rē præſentē ſiccetur.

Pilulæ rha barbari Meſuæ, recipiunt rha barbari drachmas tres, ſucci glycyrrhizæ, ſucci abſynthij, maſtiches ana drachmam unam, myrobalanorum flauarum drachmas duas & ſemiſſem, ſeminis apij, fœniculi ana drachmam ſemiſſem, trociſchorum diarhodon drachmas tres & ſemiſsem, hieræ picræ drachmas decem, forma cum aqua fœniculi.

Hi trociſchi ex Meſu. ſectiõe 7 repetendi.

Succus fœniculi, hîc vt in aliis cum melle coquendo eſt conſumendus, myrobalani, ſucci conciſi ſimul terenda, rha barbarum, maſtiche, trociſchi per ſe.

*Pilulæ aromaticæ Mesuæ, recipiunt cinnamomi, cubebæ, ligni aloës, calami aromatici, macis, nucis moschatæ, cardamomi, caryophyllorum, asari, mastiches, schœnanthi, spicæ, carpobalsami ana unciam unam, absynthij sicci rosarum ana drachmas quinque, trita craßius coque ex aquæ libris duodecim ad partium duarum cõsumptionem, frica, cola, exprime. Expreßi huius libris duabus macera libram unam aloës, prius aqua pluuia sæpe lotam & siccatam tribula, sicca. Illi ibidẽ misce myrrhæ, mastiches ana drachmas quinque, croci drachmas * tres, omnia macera, reliquo expresso, tribula, sicca.*

Siccatur aloë primùm in vmbra, post in sole Mesuæ cap. de aloë. Hæc verò omnia, vel seorsum quassanda, vel dura crassa cum duris crassis, mollia tenuia cum mollibus tenuibus, posteà in aquã mittenda omnia hæc tantum confracta, vt promptius aqua permeet, & vires ipsorum in se trahat, macerantur, igni lento coquũtur ex aquæ libris octo ad dimidias (nam tam larga aqua longã postulat coctionem, quæ his aromatibus vires aut minuit aut adimit) reliquarum quatuor librarũ dimidium aloë primum per se ebibet, prius tamen aqua fontana lota & siccata, reliquum dimidium cum puluere tenuissimo myrrhæ, mastiches, croci semel aut po

*Elephãginæ aqua sextupla. Mesuæ in aloë. * Aloës unc. sex seu selibræ dat expreßi lib. unũ, ergo aloës unc. 12. seu lib. rectè dat expreßi lib. 2. unc. semissem. Mes. ibidem.*

tius paulatim cõbibet eadem aloë, & priuſquam ſiccetur, maſſa ſingatur, æſtate potius fiant, quàm parte anni alia, vt prōptius ſiccetur aloë.

*Pilulæ lucis maiores Meſuæ, recipiunt roſarum, uiolarum abſynthij, turbith, colocynthidos, cubebarum, calami aromatici, nucis moſchatæ, ſpicæ, epithymi, carpobalſami, xylobalſami, ſchœnuanthi, maſtiches, aſari, caryophyllorum, cinnamomi, caßiæ, croci, ſeminis rutæ, aniſi, apij, fœniculi ana drach. duas, myrobalanorum quinque, rha barbari ana drachm. quatuor, agarici, ſennæ ana drach. quinque, *euphraſiæ drach. ſeptem, aloës bonæ pondus omnium, excipe ſucco fœniculi.*

* *Surculi ſummi cũ floribus ſiccati.*

Colocynthis, agaricũ, aloë, maſtiche per ſe terantur: cætera ſimul miſce omnia & cõprehende melle cocto, cum ſucco fœniculi ad ipſius cõſumptionem, ſeu donec mel valde glutinoſum euaſerit.

*Pilulæ fœtidæ maiores Meſuæ recipiunt ſagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdellij, colocynthidos * rutæ agreſtis, aloës, epithymi ana drachmas quinque, hermodactylorũ, eſulæ ana drachmas duas, ſcammonij drachmas tres, cinnamomi, ſpicæ croci, caſtorij ana drachmam unam, turbith drachmas quatuor, zingiberis drachmam unam & ſemiſſem, euphorbij drach. unius partes*

* *Eius pœnuria hortẽſem ſubſtituimus ſiccam.*

du

duas, dissolue lachrymas succo porri, & colato comprehende omnia. *Mesues.*

Liquores quatuor primi succo porri calfa cto dissoluti & colati,coquũtur ad consum ptionẽ multi succi,deinde cætera mista cõ- prehẽdũt.Scãmoniũ tñ & euphorbiũ liquo res per se puluerantur, nisi recentia sunt, & mollia:talia enim etiam dissolui possunt.

Pilulæ de hermodactylis maiores, recipiunt hermodactylorum, aloës, turbith, colocynthidos, myrobalanorum flauarum, bdellij mollis, sagape ni ana drachmas sex, opopanacis, euphorbij, sarcocollæ, castorij, rutæ agrestis, apij ana drachmas tres, croci drachmas duas & semissem, comprehende succo braßicæ.

Melle cui incoctus sit hic succus excipiũ tur omnia hæc puluerata; nam etiam pulue rari possunt hi liquores pauci & sicciores cũ multis siccis: vel potius vt prius, liquores hi succo brassicæ calfacto soluti, colati, reco- cti omnia alia comprehendant.

*Pilulæ arthriticæ Nicolao recipiũt hermodactylorum, turbith, agarici ana drachm. quatuor, *caßiæ ligneæ, spicæ, caryophyllorũ, xylobalsami, carpobalsami, zingiberis, mastiches, fœniculi, seminis lithospermi, seminis asparagi, rusci, rosarũ, salis gemmæ ana drach. semissem, aloës pondus omnium, comprehende succo fœniculi.*

** Vulgaris cinnamomi. Seminis in bacca eius rubra conditi.*

Succus in melle coquendo consumitur, quo melle vires succi adepto cætera excipiuntur, pilulas ex semine cucumeris agrestis & alexandrinas podagricis & arthriticis vtiles scribit Nicolaus Alexandrinus, hanc verò descriptionem non habet.

Pilulæ fumariæ Auicennæ recipiunt myrobalanorum flauarum, cepularum nigrarum, scammonij ana drachmas quinque, aloës drach. septē, omnia ter imbuantur succo fumariæ, & toties siccentur, postremò fac massam.

Imbui debent succo fumariæ non excipi, sed melle cui succus hic incoctus fuerit, multō facilius ob myrobalanorum siccitatem, sole siccantur quàm aromaticæ.

Pilulæ assieieret Auicennæ recipiunt pulueris bieræ picræ unciam unam, mastiches, myrobalanorum citrearum ana unc. semissem, aloës unc. duas, cum syrupo stœchados, forma offam.

Hîc syrupus aut cæteris ob lentorem idoneus est his pulueribus comprehendendis & seruandis à situ ac putredine.

Iris Illyrica aut florentina.

Pilulæ ex agarico Mesuæ recipiunt agarici drachmas tres, radicis ireos, praßij, myrrhæ ana drachmam unā, turbith drachmas quinque, bieræ picræ drachmas quatuor, colocynthidos, sarcocollæ ana drachmas duas, excipe sapa.

Vinũ ad dimidias aut tertias coctum, id est sapa crassitie & lentore est idoneum his cõprehendendis, & à putredine ac transpiratione in aërem vindicandis.

Pilulæ ex hiera recipiunt, pulueris hieræ picræ Galeni unciam unam, cum melle rosato, fac massam.

Similiter ex omnibus hieris & antidotis aliis fieri possunt massæ pilularum, sed melle opus est tanto parciore ad pilulas quàm ad electaria, qnanto pilulas electariis esse oportet duriores.

Pilulæ mastichinæ consiliatoris recipiunt mastiches drachmas quatuor, aloës drachmas decẽ, agarici drach. tres, cum succo artemisiæ, finge massam.

Hæc tria seorsum trita mastichæ, si vis cum pauca aqua dulci, melle excipiũtur, cui succum arthemisiæ incoxeris.

Pilulæ stomachicæ Mesuæ recipiunt aloës drachmas sex, mastiches rosarum ana drachmas duas, syrupo rosato excipe. *Pil. ante cibum.*

Pilulæ rufæ, seu communes recipiunt croci, myrrhæ ana unciam unam, aloës uncias duas, cõprehende uino aromatico. *Aloë æstate, & stupestilẽti lauãda.*

Pilulæ bechicæ Mesuæ recipiunt succi glycyrrhizæ, sacchari ana aureos sex, amyli, tragacanthi, amygdalarum dulcium, ana aureos quatuor,

comprehende muccagine seminis psyllij, aut cydoniorum.

Possunt comprehendi muccagine tragacanthi, vt sequentes.

Pilulæ albæ fiunt ex sacchari libra vna, in vncia muccaginis tragacanthi soluta, & diu tribulata.

SECTIO SEPTIMA DE *trociscbis.*

QVID trociscus & cur hoc nomine, & aliis appellatus, abundè nobis dictum est sectione septima Mesuæ. Horum autem vel compositio hic fieri nō potest vt trocischorum theriacorum, vel vsus interci dit, vt iam paucissimi sint in officinis cōpositi. Quia verò componendi rationē habent pilulis finitimam (in ambobus enim pulueres humore aliquo excipiuntur) longo sermone mihi egere non videtur. Ob id paucis eos perstringam, quòd adhuc sunt vsu quotidiano, quibus verò aliorum erit necessitas. Mesuen & Nicolaum Alexandrinum consulant.

Trocischi de gallia moschata Mesuæ recipiunt ligni aloës crudi partes quinque, ambræ partes tres, moschi partem unam, gluinis, tragacanthi, cum aqua rosata extracti, quantitatem illam comprehēdere sufficientem: fiant tro-

ciſchi magnitudine foliorum myrti, ſigillentur, reponantur in uaſe uitreo, alij ambram oleo balanino in uaſe uitreo ſoluunt, & hoc oleo cætera comprehendunt.

Trociſchi de gallia moſchata Nicolai Alexandrini recipiunt maſtiches uncias duas, gummi unciam unã, caphuræ ſcriptulum unum, quod trita molliſsimè, cum aqua roſarum formentur in trociſchos, in umbra ſiccentur, terentur ſubtiliſsimè oleo iaſmino, ſambaceum uocant, incoquãtur, adde cinnamomi, caryophylorum, nucis moſchatæ, ana ſemiunciam, fac trociſchos, illine moſcho aqua roſarum ſoluto. *Deben & muſtelinũ uocant.*

Malè in Nicolao, olei ſambucini vnciæ quatuor & malè coquit ad dimidias, hodie maſtiche trita ſuper cineres calidos ex olei drach. vna ſoluitur, pul. gummi & caphuræ additur affuſa pauca aqua roſarum.

Trociſchi aliptæ moſchatæ, recipiunt ladani puriſsimi, unc. tres, ſtyracis calamitæ unc. unam & ſemiſſem. ſtyracis rubri unciam unam, ligni aloës drachmas duas, ambræ drachmã unam, caphuræ ſcript. unum & dimidium, moſchi ſcript. dimidium, aquæ roſarum quantum ſufficit. *Nicolai Alexandrini.*

Ladanum per ſe negligentem & craſsius teratur, ſtyrax vterq; ſimul parum teratur, & per cribrum rarũ cernẽdo purgetur: deinde tria hæc catino impoſita ſolę æſtiuo vel

ſine hoc vaſe duplici liquetur potius, quàm mortarii, aut piſtilli caliditate vehementi, mox vt liquata ſunt piſtillo in mortario, ſole vel igni probè ſiccatis, diu tundantur addendo paulatim puluerem ligni aloës. In mortario alio tere amygdalas aliquot oleoſas, eaſque vbi mortarium, & piſtillum illeuerint, abiice: ibi tere primùm ambram, deinde caphuram, & moſchum aqua roſarum pauca affuſa, miſce reliquis, & forma trociſchos. Hæc parandi ratio propè tota ex eodem Nicolao eſt ſumpta.

*Trociſchi de myrrha Nicolai recipiunt myrrhæ, foliorũ rutæ, mentaſtri, pulegij ceruini, rubiæ, *opi Partici, ſagapeni, opopanacis, ana drachm. tres, lupinorũ pertritorũ, drach. quinq; fiãt trociſchi cum ſucco rutæ ponderis drach. duarũ.*

*assa fœtida.

Trociſchi de agarico Meſuæ recipiunt agaricum electum pulueratum, qui cum uino cui infuſum ſit zingiber formatur in trociſchos.

Trociſchi de ſpodio recipiunt ſpodij drachm. quatuor roſarum rubrarum drach. ſeptem, ſeminis portulacæ, ſucci glycyrrhizæ. ana drac. duas, muccagine ſeminis pſyllij comprehende in trociſchos drach. unius.

Spodium arabũ ſit verum nõ ebur vſtũ, ne autem accipe ſpodium Græcorum rem fornicariam pompholygi affinem nunquam

ſu

ſumendam:ſed ſolùm admouendam.

*Trociſchi de terra ſigillata Meſuæ recipiũt ſanguinis draconis,gũmi Arabic i aſsi, *ramich, roſarum,ſeminis roſarum,amyli aſsi, ſpodij,acaciæ,hypociſthidos,balauſtij,boli armeniæ, terræ ſigillatæ,id eſt ſigilli Lemnij, corallij, unionum, ſuccini,tragacanti,papaueris nigri ana drach. tres,& ſemiſſem,ſem.portulacæ aſsi,cornu cerui uſti,thuris,nucum cypreßi,ana drach.duas, cum aqua arnogloßi fac trociſchos.* * in troc. Meſ.

Trociſchi de ſuccino Meſuæ recipiunt ſuccini aureos ſex,cornu cerui uſti,gummi Arabici aßi,corallij uſti,tragacanthæ,acaciæ, hypociſthidos,balauſtij,maſtiches,cancami loti,papaueris nigri aßi ana aureos duos,thuris,croci, opij ana aureum unum & ſemiſſem, fac trociſchos cum muccagine ſeminis pſylij. *Diaelectra ſeu diacarabe.*

SECTIO OCTAVA DE
pulueribus.

PVLVERES initio antidotorum non nihil attigimus,vbi horũ pulueres pyxidibus vitreis ferè ſeruari diximus,& interdum præſertim vtendi tempore in electario ſolida formari. Sæpe etiam initio melle,vel alio excipi,ſeruari,coqui,ea ſuo calore natiuo,ſeu(vt cum vulgo dicam)fermentari. De pulueribus aliis ſi quid es ſolicitus:

ex Mesuæ sectione octaua repete, tantum addam pulueres condimentis destinatos.

Puluis minutarum specierum recipit zingiberis albi lib. vnam, piperis boni vnc. quatuor, nucis moschatæ vnc. duas, caryophyllorum, granorum paradisi ana vnc. vnam, cinnamomi electi semiunciam fiat puluis.

Puluis albus recipit zingiberis albi & purgati lib. vnam fiat puluis. Puluis eximius finis vulgò dictus, recipit zingiberis albi selibram, granorum paradisi vnc. duas, tritis his simul misce croci drach. duas, & acetum paulatim affunde, vt croci colorem induat, diu & multum tunde simul omnia.

Libræ vni sacchari misce cinnamomi vnciam vnam, habes puluerem ducis.

SECTIO NONA
de oleis.

OLEI genera quatuor demonstrauimus in Mesue, quorum primum est oleum ex oliuis maturis, aut immaturis expressum, quod oleum absolutè dicitur, aut cum vulgo oleum commune. Alterum est quod ex seminibus oleaginis exprimitur. Tertium quod vi ignis tollitur aut descendit. Quartum quod oleo constat: sed qui plantarum partes ac animalium sunt in

incoctæ.

Primum genus tanquam cuiuis perspicuũ sciens omitto, reliqua tria persequar.

Oleum igitur amygdalarum dulcium fit ex amygdalis non depellatis, in mortario lapideo pertritis, in offas collectis, quæ calentis aquæ vapore, in quo diu subiguntur manibus, vbi calent calatho spartaceo, aut sacco cannabino calenti inuolutæ, torculari calido exprimuntur in oleum clarissimum & dulcissimum. Aliter quoque fieri in Mesue docuimus. *Secundum genus.*

Sic fit oleum ex amygdalis amaris, pistatiis, strobilis, nucibus auellanis, Indicis, balano myrepsica, nucleis persicorum, cerasorum, seminibus cucurbitæ, cucumeris, melonum, ricini, staphidos agriæ, cnici, cannabis, lini, papaueris, hyoscyami, & cæteris oleaginis, quæ etiam per genus tertium extrahi possunt.

Oleum laurinum fit ex baccis lauri maturis recentibus, tritis in pila, incoctis aquæ, & torculari expreßis. *Mesues.*

Sic ex baccis recentibus myrti, iuniperi, terebinthi, lentisci fieri potest oleum simplex. In vsu autẽ frequentiore est cõpositũ, de quo in quarto genere. Laurinum autem id ex Gallia Narbonensi vbi magnus est

ha

harum bàccharum recentium prouentus, ad nos mittitur.

Tertium genus. *Mesues.* *Oleum ouorum fit ex uitellis ouorum elixando duratis triginta aut circiter, qui manibus friati in sartagine plumbata frigantur igni mediocri, mouendo cochleari donec rubescant, & oleum ab his resoluatur & profluat.*

Alios huius olei modos lege in Mesue, alii sacculo & torculari exprimunt.

Mesues. *Oleum iuniperi fit segmentis ligni iuniperi, uase solido conclusis, incenso circa id igni luculento, ut in uas subiectum descendat oleum.*

Cætera ad hoc oleum pertinentia & ad alia, quæ eodem fiunt modo ex Mesue repete, item qua ratione fiat oleum philosophorum, tartari, & alia eius generis permulta, quæ, quia ibi fusius sunt explicata, neq; multo vsu non celebrata, nunc putaui pluribus verbis explicanda.

Quartum genus. Olea quarti generis ex plantarum, & animalium quorundam partibus, vbi harum vires macerando, & coquendo traxerunt, colantur, exprimunturque, & humor siquis in oleum largior transiit, coctione absumitur. Et quæ olea cum succis liquidis fiunt, aut siccis quidem vel liquoribus: sed humore, vt vino solutis ad humoris consumptionem percoquuntur, ne humor ille excremento-

sus

sus oleo putrendi,& situm ducendi occasionem afferat, succi consumptionem indicat oleum spathula iniectum igni, nam si ardet, purum est: si crepitat succum habet adhuc reliquum. Ad hæc feruendo in lebete crepitat cum succo,& bullas egerit: vbi absumptus, tranquillum est, & gutta in manu succum subiectum ostendit oleum supernatans.

Olea quibus flores miscentur æstiuo insolatu magis coquuntur, aut igni lento, aut vtroque.

Olea ex animalibus facienda viua ipsa recipiunt, vt in his moriantur scorpiones, serpentes, ranæ, formicæ, vulpes.

Oleum rosatum Nicolao sic fit, Rosarum tritarum sesquilibra coquitur diu in olei loti libris duabus uase duplici, tela alba exprimatur & torculari.

Hodie rosas recentes, etiam non exunguatas oleo omphacino, aut loto, dies, aut etiam menses aliquot in sole macerant vase vitreo, aut siliceo. Postcà hyeme, aut vtẽdi tẽpore pauco succo rosarũ aut vino adiecto coquunt in vase duplici ne vrendo graueolentiam acquirat, sicque reponũt. Similiter ex floribus violarum chamæmeli fit Mesue chamæmelinum cum oleo dulci, etiã in vase duplici coquendum,& ex floribus melilotí, anethi liliorum, iridis, leucoii lutei nymphææ: *Quartum genus olei per impressionem. Mes.*

phææ: sed à liliis apices crocati tollendi.

Oleum cydoniorum. Mesues. *Oleum melinum fit ex cydonijs acerbis tritis, in oleo omphacino sufficienti insolatur dies quindecim, dein cum succo cydoniorum coctis in uase duplici ad horas circiter quatuor. Carnem & succum muta, rursus insola, & coque ut dixi, idque bis aut ter repete, cola, repone.*

Cydonia sunt qui cortice & semine purgent, purgatione tamen nihil opus est, nisi impura sint aut semiputria.

Mesues. *Oleum mastichinum recipit olei rosati unc. duodecim, mastiches unc. tres, uini boni unc. octo, coque ad uini consumptionem.*

Fit hodie ex oleo vulgari cum tamen aut rosato, aut omphacino, aut saltem loto confici debeat in vase duplici. Cõsumptoque propemodum vino mastiche pertrita paulatim affunditur continenter mouendo, donec erit liquata & permista. Coctiõe longiore examinatur.

Oleum myrtinum recipit myrtarum recentium selibram, olei omphacini, aut loti sesquilibram: insola, aut coque cum uini albi austeri uncijs quatuor ad uini consumptionem. Fit etiam per expreßionem, & per decoctionem in aqua, donec oleum supernatet quod concha separandum est.

Oleum nardinum Mesuæ recipit spicæ nardi uncias tres, uini & aquæ ana uncias duas & dimidiam, olei sesamini selibram, coque in uase duplici lento igne horis circiter quatuor, sæpe mouendo.

Seu ad aquæ & vini consumptionem: sed prius infundatur spica aquæ & vino. Fit etiam sæpe oleum nardinum descriptione Nicolai Alexandrini efficax: sed sumptuosum magis, à quo etiam componendi modus abundè explicatur.

Oleum costinum recipit costi amari unc. duas, casiæ unciam unam, extremitatum sampsuchi unc. octo, uini odori quantum *sufficit infundere hoc biduo, olei sesamini lib. duas, coque horis septem, seu ad uini consumptionem, exprime, repone.* *Mesues.* *unc. octo aut circiter.

Aut costum verum, galanga maior hodie dictum, sumẽdum, aut eius loco radix enulæ campanæ, aut silphii, aut similis, potius quàm quæ vulgò est in officinis qualitatum insignium expers.

Oleum rutaceum fit ex folijs rutæ recentibus, oleo maceratis, & æstate tota insolatis, quæ exacta coquitur, exprimitur, reponitur, sic fit oleum menthæ, absynthij.

Oleum euphorbij fit ut oleum masticbinum.

Eup

Euphorbium enim tritum, aut si recens & molle est, minutim confectum oleo cum uino feruenti paulatim immiitatur, & ad uini consumptionem semper mouendo coquatur.

Oleum castorij Nicolai fit ex castorij unc. una, cocta in olei lib. una, ad consumptionem tertiæ partis castorem retinenda.

☛ Coquitur etiam id oleum cum pauco vini, vt vnc. duabus Nam si per se coquatur, & oleum vrendo nigrescit, & castorium vanescit. Potest tamen sine vino in sole coqui sæpe mouendo.

Oleum uulpinum Mesuæ sic fit, Vulpes integra tantum exenterata coquitur in aquæ fluuialis & marinæ aut salsæ, ana sextario uno, olei antiqui clari sextarijs duobus & dimidio, coque ad aquæ consumptionem, & uulpis carnium dissolutionem exprime & repone.

Oleum lumbricorum fit ex lumbricis in uino albo diligenter lotis, & oleo, & pauco uini rubri incoctis ad uini consumptionem, deinde colatur & exprimitur leuiter oleum, ac reponitur. Sunt qui tritos deinde lumbricos eidem oleo permiscent in unguenti formam, nec inutiliter.

DE VNGVENTIS SEctio decima.

Paulus. c. 20. lib. 7. VNGVENTVM, quia partibus inungitur, dictū, crassius est oleo, liquidius ce

cerato,vt ex vnguentis Galeni, & aliorum cõſtat,huius materiæ ſunt plãtarum partes, & multæ animalium,metallica etiam & ter rea quædam in his ſucci recẽtes, & fluidi co quendo abſumuntur,vt in oleis, iidẽ ſi ſunt ſicci,aliquo ſunt humore diſſoluendi.

Si herbæ in vnguenta recipiantur,vel pul uerantur ſi ſunt ſiccæ & aliis miſcẽtur,vt me tallica & terrea,& alia plurima:vel humore aliquo,vt vino macerantur,etiã virides co-quuntur,exprimuntur:deinde reliquis vinũ id vel aliud incoquitur, ad ſui conſumptio-nem.Liquores ſicci,& gummi,& reſinæ,vel teruntur quãdo ſunt ſicciora:vel piſtillo ca lido ſoluuntur,vel humore idoneo,quãdo præſertim ſunt humidiora.

Fiũt aũt vnguẽta nũc igni,nunc ſola ſub-actione,ſed longa,vt vnguentum ex lithar-gyro nutritũ cũ oleo,aceto,aliis,& quę alia ſimiliter nutriri diximus lib.2. Sic argentũ viuum citra ignẽ aliisq́ miſcetur,quod in va-porem promptè totum abeat.

Vnguẽtis,ceratis,emplaſtris,æſtate minus olei,ceræ,& ſimilium corpus dantium mi-ſcemus:hyme plus quod huius frigiditate etiam liquidiora cogantur,& duriora appa reant,æſtate contra etiam ſicciora per col-liquationem molleſcant.

Cera cum oleo liquata igni aufertur, &

refrigerando continenter mouetur, vbi iam modicè coiuit pulueres paulatim permiscentur, idque ne fiat grumosum vnguẽtum. Alii vbi refrigerãdo coiuit in sartagine cochleari, aut spatha ferrea in bracteolas deradunt, in mortarium imponũt, & adiectis paulatim pulueribus diu tribulant. Quod præceptum plurimis his vnguentis est commune.

Vng. regis *Vnguentum aureum Mesuæ recipit ceræ flauæ unc. sex, olei boni lib. duas & semissem, terebinthinæ unc. duas, resinæ pineæ & colophoniæ ana unc. unam & semissem, thuris, mastiches, ana unc. unam, croci, drach. unam.*

Cera ex oleo liquata pulueratæ resinæ affunduntur, his liquatis terebinthina mox igni aufertur, vbi refrixit, puluis reliquorum adiicitur.

Vnguẽtum pompholygos spurium recipit olei rosati unc. decem, ceræ albæ unc. quinque, cerusæ lotæ unc. quatuor, plumbi usti, pompholygos ana unc. duas, thuris unc. unam. Coque oleum rosatum cum succo solani ad ipsius consumptionem, tunc adde ceram: deinde reliquorũ puluerem tenuissimum misce in mortario, ubi refrixit, quo dixi modo.

Ceræ vnc. duæ, aut vnc. duæ, & dimidia satis sunt vnguento. Hæc enim quantitas emplastrum fecerit, pompholyx vera misce

ſceatur non vt hodie cadmia.

Vnguentum baſilicum minus Meſuæ recipit reſinæ,picis,ceræ,ana olei quantum ſufficit.

Tetrapharmacum hoc Galeno & Paulo aliter fieri docuimus in Meſue. Cera in oleo liquata, pix & reſina pulueratа inii-ciuntur, quibus liquatis igni aufer. Si verò craſsius tritam picem immittas, quia tardius liquatur,ob id diutius ignem tolerat, & velut vritur, nigrúmque facit tunc vnguentum. Ceræ & reſinæ vnc. dimidia, olei vnc. duæ,picis vnc. vna.

Vnguentum Aegyptiacũ Meſuæ recipit æruginis aureos quinque, mellis aureos quatuordecim,aceti acerrimi aureos ſeptem coquẽda igni ad iuſtam craßitiem.

Mel cum aceto primùm aliquandiu coquitur, deinde additur ærugo & percoquitur. Iuſta autem craſsities ex notis prius dictis intelligitur, hoc eſt, ſi eius portio vaſi ſtanneo,aut marmori impoſita & refrigerata coëat, nec adhæreat. Aerugo coctione tranſmutatur in rubrum,ſicq́ue minus terret vnguentum ægros quàm viride. *Gal.lib.c. ph.9.*

*Vnguentum album Raſis recipit ceræ albæ unc.unam,ceruſæ in aqua roſarum lotæ unc. duas,*olei roſati unc.quatuor. Sunt qui addunt paucum aceti,alij etiam unc.unã lithargyri,alij* ** Vnc. unam.*

caphuræ drac. duas, alij duo albumina ouorum, omnes rectè pro uario medici scopo.

Hodie plærique addunt omnia hæc præter lithargyrum. Alii olei vnc.12. cerusæ, ceræ albæ ana vnc.4.

Vnguētum desiccatiuum rubrum notbum recipit cadmiæ lapidosæ, terræ sigillatæ, ana unc. 4. lithargyri auri, cerusæ, ana unc. tres, caphuræ drach. unam, ceræ unc. quinque, olei rosati & uiolati ana uncias sex.

Præstantius esset cum solo oleo rosato, & eo facto ex oleo omphacino, quia magis stringeret & siccaret.

Lithargyros cum oleis aliquandiu nutritur super ignem, cera deinde liquatur in his, deinde reliquorum puluis tenuiss. paulatim adiicitur.

Vnguentum enulatum spurium recipit radicis enulæ campanæ coctæ cum aceto, & tritæ, & cretæ lib. unam, axungiæ porci, olei communis, ana unc. tres, ceræ nouæ, argēti uiui, saliua hominis ieiuni extincti, terebinthinæ lotæ ana unc. duas, salis communis pulue rati unc. semissem.

Cera in oleo liquatur, axungia, deinde, post additur enulæ pulpa, deinde argentum viuum, & sal, post id terebinthina. Sunt qui argenti viui loco salubrius miscent sulfur, alii vtrunque omittunt.

Vng

Vnguentum populeum Nicolai recipit oculorum populi lib. dimidiam foliorum papaueris nigri, mandragoræ, hyoſcyami, ſolani, ſemperuiui parui & magni, lactucæ, perſonatæ, cotyledonis, uiolæ nigræ, ſummitatum rubi tenerrimarũ, ana unc. tres axungiæ porci ſine ſale lib. 3. *A multis huic dupla aut tripla cõponitur.*

In hac regione populi flores & herbæ in idem tempus non incidunt. Nam oculi populi Martio erumpunt, herbæ Iunio vigent: ob id oculos ipſos in mortario per ſe terimus, deinde cum dimidio axũgiæ porci pur gatæ (ſæuum dulce vocamus) multũ diúque tũdimus, in vaſe operculato recõdimus hebdomadas 5. 6. menſes duos, dum herbæ vigeant. Hæ inciſæ & per ſe piſtillo ligneo tritæ, quia ſimul ob lentorem, & multitudinẽ non poſſunt cum oculis populi, & ſepo coquuntur, cernuntur omnia, & ſi opus eſt parum recoquuntur, reponuntur: vt tamen vireat magis, ſuperadde coctioni ſolani triti manipulos duos, non maleficorum more æruginem.

Vnguentum tripharmacum Meſuæ recipit lithargyrum leuiſſimè tritum in mortario ad iuſtam craſſitiem, tribulandũm cum aceto & oleo uiciſſim & paulatim affuſis: ſi uerò coquis ad aceti conſumptionem, & lithargyri fuſionẽ, ut craſſeſcat magis, fiet emplaſtrum. *Vng. de lithargyro nutrito.*

*Dictum quia simpliciter 12 constat quot fuerunt apostoli.

*Vnguentum * apostolorum Auicennæ 5.can. recipit terebinthinæ, ceræ albæ, resinæ, ammoniaci ana drach. quatuordecim, æruginis, opopanacis ana drach. duas, aristolochiæ longæ, thuris masculi, bdellij ana drach. sex, myrrhæ, galbani ana drach. quatuor, lithargyri drach. nouē, bdellium si molle est, ammoniacum, opopanacem cum aceto macerabis nocte una, postridie calefac, cola, iterum pende: & ponderi horum legitimo, terebinthinam permisce, quæ tam bellè hæc, ac cætera comprehendet, ut uix sis erraturus: lithargyrum autem in oleo nutries aliquandiu sine igni friatum. Post igni trade: ubi calet, ceram immitte. Hac liquata igni aufer, liquores, ut dixi, paratos misce: ubi refrixit, reliquorum puluerem paulatim adijce, & bdellij si est siccius, quale nobis est adulterinum.*

Olei libræ sint æstate duæ, hyeme tres.

Rarum vſu, tamen ob componendi & miſcendi magnam difficultatem ſæpè ad operis ſpecimen probandis ſeplaſiariis parari imperatur.

Emplaſtrum apoſtolicum Nicolai Alexandrini ab hoc diuerſiſsimum eſt, & conſtat ſimpl. viginti & vno.

Vnguentum martiatum cum Hermolao, vel Martianum cum aliis, & de althæa, & Arragon, & Agrippæ (quæ quatuor vulgus

olea 4.calida vocat) quia rarò componuntur,omisi,ex Nicolao petenda si componendi necessitas inciderit,& vnguentum in gratiam comitis cuiusdam ad menses cohibendos scriptũ,quia omnibus & solis astringentibus constat, vt emplastrum contra rupturam,si tamen componẽdi cupiditas tibi incesserit,aut etiam necessitas,nobis scribitur in fine vnguentorum Mesuæ cum vnguento citreo,& aliis non paucis hodie obsoletis:quanquam & vnguentum citreum,etiam hodie quidam componũt,incerti tamẽ quid amentum dulce sit.

Nam sunt qui lapidem vitri (quam axungiam vitri vulgò vocant) alii gypsum lucidum,alii aliud. Forte autem corrupta vox ex amianto lapide quo adulterãt hodie alumen scissille illi aspectu simillimum, sed alumen vrit,amiantus est dulcis. Eadẽ ambiguitate tenẽtur in antalli lapide, & in gersa serpentaria quam vocem ex cerusa, syncope,n,corruptam esse est perspicuum. Est enim velut aut cerusa,aut amylum(sic enim etiam quidam vocant)ex radice ari, vel dracũculi depellata, trita, siccata citra lotionẽ his aliis post lotionem cùm aqua rosarum.

Cerote & cerelæon Græcis nobis ceratum à cera dictũ,medicamentum consistentia quodammodo medium inter vnguenta

& emplastra.

Mesue. *Ceratum Galeni refrigerans recipit ceræ albæ per ablutionem unciam unam, olei rosati ex omphacyno facti uncias quatuor, fiat ceratum in uase duplici, quod dum est refrigeratum, multum diuque ex aqua frigidißima, & postremò pauco aceto albo puro subigatur.*

Non esse autē ceratum hoc aqua & aceto imbuendum nisi tempore vtendi, abundè ex Galeno in Mesue sectione vndecima docuimus. Postremò aqua rosarum imbuunt hodie quod probo, sed diu seruari nolo, præsertim aëre calido, quia vires suas perdit, & graueolentiam acquirit.

Ceratum santalatum Mesuæ recipit ceræ albæ, drach. triginta, olei rosati lib. unam, rosarum drach. duodecim, santali rubri drach. decem, santali albi & flaui ana drach. 6. boli Armeniacæ drach. 7. spodij drach. 4. capburæ drach. 2.

Spodium Arabū nō Græcorū Calidum. Refrigerato iam cerato & raso puluerē in mortario miscēt, paulatim potius quā inter refrigerandum, vt antè vnguenta dixi.

Ceratum Galeni stomachicū recipit unguenti nardini optimi, ceræ odoræ & pinguis, & lotæ ana unc. unā, si hyems est: si uerò æstas ceræ drac. septem, liqua in uase duplici, refrigerato deinde & raso adde pulueris mollißimi aloës, & masticbes ana drach. unam.

Suc

Succus omphacii aut absynthii quando addenda, in Mesue dixi. Hoc aliter Mesues cóponit ex Galeno, sed mutatis aliquot simplicibus & ipsorum pondere. *Refrigerans.*

Ceratum Galeni stomachicum alterum recipit olei melini, ceræ albæ lotæ ana unciã unam, hypocisthidos unc. semissem, fiat ceratum.

Hæc duo cerata stomachica ex Galeno vsurpanda potius suaserim, quàm quę hodie fiunt ex Nicolao & Mesue, quanquam & id clemens, & efficax fuerit. Illud calidissimum quod non esse Galeni caryophylla, nux moschata, macis, cubebæ, galanga, planè indicant.

Ceratum, stomachicum Galeni ex Nicolao recipit menthæ, absynthij, maioranæ, stæchados Arabicæ, foliorum lauri, chamæmeli, rosarum, ana manip. unum, cinnamomi, spicæ nardi, nucis moschatæ, caryophyllorum, macis, cubebæ, galangæ ana unc. dimidiam, thuris, mastiches ana unc. unam, pulverata excipe ladani, ceræ ana unc. octo, olei chamæmelini, laurini, spicini, mastichini, rosati, ana unc. una & dimidia.

Oleum laurinum, rosatum, chamæmeli, cum cera & ladano liquantur, mox igni aufer, & trade mortario, cætera misce multũ, & diu tundẽdo, donec erit glutinosum cum oleo spicino, & mastichino.

Ceratum aliud Mesuæ recipit rosarum, mastiches ana drachmas uiginti, foliorum absynthij siccorum drachmas quindecim, spicæ Indæ drachmas decem, excipe ceræ puræ uncias quatuor, olei rosati lib. una, & semisse simul igni liquatis, mox aqua rosarum aliquoties lotis, deinde uino ueteri, succo, cydoniorum, & pauco aceti.

DE EMPLASTRIS.

HAEC emplastrus cum r, & adiectiuè medicamentum, emplastrum sine r, Galeno dicitur, Latinis tamen placuit potius dicere neutro genere emplastrum, quos hîc sequemur. Emplastrum autem est medicamentum corpori admouendum, durum valdè & solidum ex omnibus propè medicamentis, præsertim pinguibus & siccis coactum.

In emplastra enim recipiũtur omnes plãtarum partes, metallica itẽ & terrea omnia. Multę etiam partes animalium ac interdum animalia tota.

Ex his autem quædam vires solas emplastro distribuunt, vt vinum, acetum, aqua, succi liquidi, hæc enim ad sui consumptionem coquuntur. Alia corpus tantum, & materiam emplastro conferunt, nullam verò aut minimam virtutem largiuntur, vt li-

tha

thargyros,cera,oleum commune,recens,& frequenter resinæ. Reliqua propè omnia & corpus & facultatē aliquam emplastro impertiuntur. Ex quibus patet scopos componendorum emplastrorum præcipuos esse duos facultatem,& consistentiam crassam, duram,glutinosam. Duos verò alios odorum & colorum minus esse præcipuos, & magis in ægrorum gratiam quàm medicamenti naturam,recipit tamen ob apprehensionem,magni quoque sunt momenti,præcipuè odor. Is enim bonus cerebro, cordi, vtero,commodare possit:malus nocere, in sumendis verò coloris, & præter hos saporis magni quoque ratio est habenda, vt in methodo componendi medicamenta osten dimus.

Ex his radices, cortices, ligna,folia, surculi, flores, fructus, semina sicca, & simul puluerata, vel cum aliis, ferè postrema miscentur cocto emplastro cùm aristolochia, gentiana, chamæleon remoto ab igni emplastro à Galeno miscentur: si qua verò ex his recentia & viridia sumantur, vel ex humore aliquo coquuntur, cernuntur, miscentur: vel succus ex his si succulenta sint tritis expressus incoquendis aliis seruit, & in vaporem exhalat, viribus tamen relictis,vt in emplastro de genua. Id quod etiã

muc

muccaginibus commune eſt,ſed minus hæ ob lentorem exhalant.

Oleum tamen & mel adhuc multum abſolutis emplaſtris ſupereſt.

Qui verò ſucci conſtantes & corpulenti (vt aloë, hypociſthis, glycyrrhizæ ſuccus, acacia,glaucium,lycium, elaterium, meconium) in emplaſtra veniunt,ſi recentes ſunt, aliquo rei propoſitæ idoneo humore ſoluuntur,qui coctione prius eſt conſumendus, quàm illi compoſito miſceantur,aut ſaltem ſimul incoquendo cõſumetur.Si autem ſicciores ſunt,tamen adhuc teri contumaces,piſtillo calido,& ob calorem ſiccante terantur,niſi ſi qui ſint friabiles,vt aloë,ſcammonium, tam ſuccus, quàm liquor. Dicti verò ſucci omnes refrigerari iam incipienti emplaſtro miſcendi ſunt,vel dum cerati conſiſtentiam habet emplaſtrum,ſi illorum ſuccorum ſubſtantiam & facultatẽ manere volumus in emplaſtro.

Sed ſucci ſicciores,vt rarius in emplaſtra recipiuntur:ſic liquores,gummi,reſinæ, metallica omnino frequentiſsimè.

Liquores autem vt galbanũ, opopanax, ſagapenum, ammoniacum aceto vel vino vel alio competenti humore macerati diſſoluuntur,colantur, coquuntur ad humoris illius conſumptionem, in emplaſtriq; con-

ſiſt

ſiſtentiam coguntur, tuncque pondus illorum quæſitum in ſcriptura ſumitur. Si verò horum duo, tres, quatuor in idem emplaſtrum recipiuntur: ſed pondere diuerſo, vt in emplaſtro diuino, ſeparatim liquores ſinguli ſunt macerẽdi, diſſoluẽdi, colandi, coquẽdi, vt cuiuſq; per ſe pondus legitimũ accipiatur id quod ante hanc per colum purgationem fieri probè non poteſt ob ramentorum, ſeminum, ſordium, & aliorum largam in multis horum miſtionẽ. Si verò puri ſint, aut cultello purgati, potes initio ſtatim pendere, & mox ſimul diſſoluere, colare, & emplaſtro propemodũ cocto incoquere ad humoris aſcititii conſumptionem. Quod ſi iam diſſoluti, colati, appẽſi, & per ſe cocti ad emplaſtri craſsitudinem, vt dictum eſt, venerint, percocto iam emplaſtro iniiciuntur. Sunt qui terebinthina pauca, ſi hanc recipit emplaſtrum, percoctos prius reſoluãt quàm iniiciant.

Galbanũ ligneo piſtillo tuſum aliquãdo cæteris ab igne depoſitis iniicitur, aliquãdo parũ incoquitur, raro multũ: ammoniacum ſępe multũ coquitur, aut ſeparatim, aut cum emplaſtro, interdum minus: eſt quando digitis ad ignem, vel ſolem dilatatum mox vbi alia, ſed remota ſunt ab igne ſublata iniicitur, donec liqueſcat.

Amm

Ammoniacum solum impositum squalida & arida reddit emplastra, nisi cera & resina, vel alia ad emplasticam confectionem idonea misceantur.

Vinum verò, acetum & alia id genus coquendo tota consumuntur, viribus tamē (vt dixi) in medicamento relictis pro varia aceti & vini natura. Neque enim idem potest acetum ex vino austero, & acetum ex vino valenti, adhæc tenue, purum, album valentius est, in tenuādo & penetrando quàm contrarium: sic vina medicamētis varia expetuntur, nunc austera in emplastris epuloticis: nunc generosa, quale Falernum, si digerendum valentius est. Ob id à medico sunt hæc distinguenda in suis scripturis.

Oleum emplastris primâ ratione miscetur ad coctionem, deinde vt emplastrum fiat anodynum, resoluens, molliens, vtque medicamenti vis acris, vel austera obtundatur.

Oleum commune emplastris miscetur, vt materiam præstet: sitque cum cera liquatum, & mistum emplastrorum corpus, cui euphorbium vel alia misceantur. Sæpe autem ad metallicorum coctionem adhibetur, vel solum, vel cum aqua, vel aceto, vel vino. Solum cum axungia in emplastro diachalciteos ad lithargyri & chalciteos coctionem:

sol

ſolo item vel cum dictis humoribus lithargyros læuiſsima ferè veteribus coquitur ad ſordium conſiſtētiam,metallicis quibuſdā, vt ſquamma æris,ceruſſa, nunc initio adiectis,nunc poſteà,pro variis medici ſcopis.

Oleum verò vetus quanquā & materiam præbeat,tamen ad digerendum miſcetur:id quod quanto vetuſtius eſt,tanto in id efficacius. Eadem ratione omphacinum oleum, vel ſimile ad aſtringendum & refrigerandum miſcetur: lotum ad refrigerandum, & dealbandum. Compoſita quoque olea omnia,& vnguenta in emplaſtra immitti poſſunt,vt præter materiam,facultatem quoq; ſuam immittant.

Additur etiā oleum,vt reſinarum ſiccio rū, & ceræ vetuſtioris ſiccitatē corrigat:id quod reſinæ recentiores quoque præſtant.

Oleum hyeme vnguentis quibuſdam,ceratis, emplaſtris largius miſcendum quàm æſtate, à cuius calore ſemifuſum, mollius reddit vnguentum ceratum,emplaſtrum,vt durius idem oleum ab hyemis frigore concretum. Eadem ratio reſinarum, liquidarū, & ſiccarum,minus & ceræ,vt olei partē cotylæ quartam hyeme, æſtate octauam: miſcet Galenus,interdū cotylas olei quatuor hyeme,tres æſtate idē miſcuit. Reſina tamē & cera quanto pinguior, humidior, recen-

tior, tanto paucior tam hyeme quàm æstate miscenda est: sed tamen parcior adhuc æstate quàm hyeme.

Mel panaciæ & aliis quibusdam emplastris miscetur, vt corpus præbeat emplasticum, & prætereà siccet, tergeat, digerat, à putredine vendicet.

Cera in emplastris solum materiæ locũ habet nõ efficaciam virtutis adiuuat, vt interdum resina, non tamen omnibus, vtpote materiam aliunde sortitis cera miscetur, aut resina. Nam emplastrum diachalciteos neutram recipit, quòd consistentiam emplastri iustam suppeditent lithargyros, chalcitis, & axungia à membranis purgata, cum oleo cocta. Ad hæc quibus ladanum miscetur si largum est, ceræ vicem sustinet, vt ea non sit addenda.

Quànuis enim emolliendi uis exigua ceræ adsit, tamen illius causa non inuicitur.

Porrò cera vel est recẽs, & ob id pinguis & glutinosa magis. Hæcque æstate parcior est miscenda, vt oleum hyeme, largiori manu vtrunque, & ratione eadem pices, & resinæ. Quæ verò cera est siccior, vel natura, vel tempore hæc minus diu coquenda, & sæpè oleo aliquo vel resina liquidiore humectãda. Adde, quod cera alba seu natura, seu lotione ad candorem quoque interdum additur. Propoleos ferè eadem quæ ceræ consistentia & ratio, sed facultate trahẽdi vehemen

menti est prædita,quàm cera, vel nullã vel minimam obtinet,quanuis nõnihil digerit, sed inter digerens & tractorium aliquid inter est Galeno initio lib.7.c.ph.g. Propolis obid ferè semper remoto ab igni emplastro miscetur,ne vis eius attractrix exhalet.

Gũmi thuris omniũ frequentissimè in emplastra Græcis veteribus recipitur, myrrha & sarcocolla non rarò,bdelliũ & styrax interdum,cætera rarissimè, nisi quod caphuram,& alia quædam Arabes ac neoterici frequenter hodie suis emplastris commiscent. *Gummi.*

Thus autem persæpe miscetur emplastris ad obtundẽdam aliorum valentiorum violentiam nonnunquam vt materiã præbeat emplasticam , præsertim quod recentissimum est ac pinguissimum, nõnunquam vt affectus causam coquat, & modicè digerat. Rationibus iisdem manna ipsis misceatur,ac præter eas vt modicè astringat. Gummi alia ferè miscentur quo emplastris facultatem aliquam suam largiantur,ac non multò ante resinas iniiciuntur , idque quia substantia sint aquea & crassiore cũ resinæ sint aereæ magis & tenuiores, vt in simplicibus diximus. Si verò gũmi sint liquida & recentia eorum quæ humiditatem multam,& virtutem in emplastro manere velimus parum diu incoquantur. Quod præceptum succis, *Vt lib.5. meth.* *Manna Græcorũ.*

liquoribus,reſinis,& aliis permultis eſt commune:quia coquẽdo ſicciora euadunt,& viribus velut exanimantur.

Gũmi liquores ſemper in fine miſceãtur, & ſucci ſicci:quæ ſi humore aliquo fuerunt ſoluenda,ad illius conſumptionem prius coquantur,poſt miſceantur, quando emplaſtrũ incipit refrigerari. Succi liquidi in emplaſtro de ianua coquendi cum oleo. Herbæ virides in emplaſtro gratia dei cum vino coquuntur ad eius conſumptionem. Ex oleo coquuntur emplaſtra, vt apoſtolicum, ceroneum,oxycroceum,diuinum,& contra rupturam, diachylon, vel ex ſuccis, vt emplaſtrum de ianua:vel lacte, vt emplaſtrum gratia dei.

Chalcanthum aceto ſolutũ depoſitis ab igne paulatim miſcetur Galeno cauenti ne efferueſcat.Aes vſtum,ærugo, chalcitis, magnes,bolus Armenica,terra Lemnia, ſulfur, auripigmẽtum,& cætera puluerabilia in fine depoſitis ab igne miſcentur. Adeps ſuper ignem miſcetur ſemper agitando,crocus humore ſolutus dum fiunt magdaliæ & moſchus miſcentur.

Reſinæ.

Reſina lentiſcina, terebinthina, laricea, pitynia ſeu pinea,picea, abietina, cupreſsina emplaſtris miſcentur ſæpè ad conſiſtentiam ipſorum conſtituendam tantum,ſeu vt ma-

ter

teriam & corpus emplastro cum aliis præbeant, interdum vt lentorem & glutinosam qualitatem impertiantur, cum per alia emplastrum pinguis expers, nec adhærés per se partibus est, at per se promptè excidens.

Est quando vt virtutem aliquam emplastro afferant digerendi, tergendi, siccandi, vel aliam cuique seorsum resinæ peculiarem, vt in ipsarum historia docui in simplicibus. Quantum autem vniuscuiusque sit miscendum, & quãdo coctioni sit vna quæuis miscenda, posteà suis locis audies.

Terebinthina quanuis valentius quàm cera emollit, ac præterea calfacit, & digerit: sæpè tamen emplastris iniicitur, vt ea tantum reddat glutinosa, non vt facultatem aliquam, vel nouam tribuat, vel augeat, Aliæ item resinæ similiter pingues eadem ratione.

Quando autem ea miscetur, & simul liquores, aut succi sicci. His humore idoneọ solutis, colatis, ad humoris consumptionem coctis, rectè commiscetur terebinthina, deinde ambo percocto emplastro, & ab igni deposito permiscétur, vt ignem nullum, vel minimum sentiat terebinthina. Siue per se siue cum aliis in emplastrum veniat, vt in emplastris diachylo maiore, de meliloto, de muccaginibus.

METALLICA.

Metallica sunt autē admodum curiosè terenda,& cribro tenui cernenda, vt promptius liquentur si liquabilia sunt, vel ne contactu nos offendant si non liquantur,etiam si liquabilia sint.

Ex his verò quæ liquātur libro superiore docui in liquatione.

Liquatur lithargyros cū aqua, vel oleo, vel vino,vel aceto,vel oleo iunctis horum aliquibus,quæ tamen coquendo absumentur,& liquandi celeritatem lithargyro afferunt,vt post audies.

Lithargyri & cerusæ ana lib.1.si cum olei & aquæ ana libr. vna, parum diu aëre puro igni splendente coquātur,album fiet emplastrum :sed vt adhæreat parū terebinthinæ, vel resinæ similis addendum,si molybdæna addatur fiet cineritium , si lithargyros & oleum sint lota,albius fiet emplastrum,albedinem præter dicta emplastro conciliat cera alba,oleum lotione albatū, pompholyx, spodium,calx,ossa vsta,& pisciū testævstæ, farinæ,si plus cerusæ accipiat quàm lithargyri albius fiet:sed minus tenax.

Aerugo citra coctionē cerato mista emplastrum facit viride:melius fiet si ærugo in sole ex aceto acri pluribus diebus læuigetur, quod enim est in ea mordax, sic mitescit.

ſcit. Si verò æruginem cum aliis initio mediocriter coxeris emplaſtrum facies melinum, id eſt coloris mali cydonii: ſi liberalius, rufum fiet. Rufa item & fuſca efficiunt chalcitis vſta, auripigmentum, ſandaracha, pix nigra, bitumen, gagates lapis, & alia ante miſtionem nigricantia, quæ ſi largiora miſcentur, nigrum faciunt emplaſtrum. Melinum etiam fiet ſi ærugo lithargyro ad ſpiſſitudinem cocto addatur, & iterum coquatur, donec vrendo ruſeſcat.

Cadmia fornicaria, vt etiam lapidoſa prius ex vino, vel alio liquore idoneo diu trita fit melior, & ad fuſionem aptior.

Ceruſa interdum additur emplaſtris, vt refrigeret, ſiccet.

Interdum ad albedinem conciliandam, interdum ceu apta tantum conficiendo emplaſtro materia, vt in emplaſtro heræ ex duabus ariſtolochiis.

Si candidum vis emplaſtrum lithargyri loti & ceruſæ ana lib, I. cum olei vnciis nouem coquitur parum diu ob paucum liquorem (coctio enim lõga nigredinem affert) ſed medicamentum tunc minus eſt glutinoſum, & adhærens: quale vt fiat quidam terebinthinam, vel colophoniam maximè perlucentem miſcent, ne colorem vitient, aut medicaměti virtutě, Alii eadem ratione ceram

albam adiiciunt, vt cerusa emplastris multis ad albedinem cōciliandam miscetur: sic ad ruborem nimium sinopicum, veteres miscuisse docet Gal. lib. 6. c. ph. g. vt autem sit fuscum emplastrum, squamma æris additur, & ignis fit ex tæda loco lignorum, ibidem.

Interdū per se ex oleo coquitur lithargyros ad spissitudinem, tuncque puluerata cerusa spergitur, vt fiat emplastrum album. Cerusa potest initio misceri, vt sal, & alia metallica, & terrea, & cū lithargyro coqui quando nihil ad albedinem cōferet, sed neque ad aliud quàm materiā, nisi quod valentius siccat quo diutius coquitur: sic lithargyros & metallica ac terrea alia.

Lithargyri enim vsus in emplastris duplex, si enim nō liquetur, materiæ solùm habet rationē: si liquetur præterquā quod corpus glutinosum emplastro præbet, etiā siccat, idque magis quo diutius cocta erit, fitq; sic medicamentum glutinantius.

Si lithargyros ex oleo coquenda sit, & ei emplastro addantur mucagines, lithargyrū prius extra ignem pauco oleo nutrias: deinde igni trade, & muccaginē paucam, vt vnc. duas affunde, prohibebit oleum & lithargyrum vri: si non requiritur muccago igni lento diu coquatur.

Lithargyros oleo duplo incocta: satis

glut

glutinosum facit emplastrum sine resinoso, aut ceroso corpore, multò magis si triplo.

Si emplastrum recipit lithargyrum, ceru sam cum vino, aceto, aqua, oleo, vel succo alio fluxili, prius sine igni illa nutriantur in mortario cũ pistillo: deinde coquãtur igni lento, donec corpus (vt dicũt) fumat, & crassum glutinosumque euadat. Lithargyros enim coquenda diu ex humore aliquo, vt siccans magis, & glutinosum reddat emplastrum. Eadem ratione metallici reliqua, & terrea coctione longa sicciora euadunt, non tamen glutinosa, nisi quæ liquantur. Nam quæ glutinosa prius erant cum his cocta, liquores, gummi, resinæ, cera, mel, siccata magis lentorem glutinumque amittunt. Oleum verò lentum, sed minus ob iunctam humiditatem multam glutinosius euadit, vt vetustate sic coctione. Adde quòd fusè coquendo lithargyros, & oleo vnita probè, olei glutinositatem auget, tum quòd in pristinam duritiem non redit, tum quod siccando liquiditatem olei consumit. Vnde etiam citra fusionem lithargyros leuissimè trita, diu cum oleo medіocri subacta, in emplastri formam perducitur, præsertim si id in sole, vel aëre aliter calido fiat.

Contra ærugo, chalcitis, squamma æris, & similia diu coquuntur, vt vires eorum

vehementes coctione longa obtundantur,

Ladanum autem & galbanum,& propolis,& plurima alia vires tantas non habent: quæ obtundendo veniant ob id nihil,aut ni mirum coquuntur.

Quantitas.

Lithargyri libr. tres,chalcitheos vnciæ quatuor cum olei lib.tribus,& axungiæ lib. duabus coquantur : præstat tamen prius in mortario miscere illa omnia,quàm in cacabo coquantur.Lithargyrus & cerusa ex pari sibi oleo & aqua si coquantur , medicamentum fiet fragile,cuti non hærens,si maiorem liquidorum mensuram acceperint,& ob id diutius coquãtur , glutinosum euadet medicamẽtum.Lithargyros fusa cum aqua & oleo largo blandum,& glutinosum,& album facit emplastrum.

Lithargyri lib.vna ex aceti & olei ana lib.duabus,cocta ad liquationem, glutinosum admodum facit emplastrum,magis si ex vtriusque ana lib.tribus coquatur: quòd si vno die toto coquatur ,nigrum fiet ac splendens.

Eadem ratione si cũ largo vino & oleo liquetur.Viribus tamen maximè variat pro coctionis mensura,& aceti, vini,aquæ, olei varia in differentiis suis natura: quas differentias medicus pharmacopæo in scripturis suis explicare debet.Præstantius autem fiet

hor

horum quodque, si lithargyros ex his liquoribus, vel singulis, vel coniugatis æstate sole calido multùm teratur singulis diebus quindecim.

Oleum hyeme largius emplastris miscetur quàm æstate, à cuius calore semifusum fit mollius emplastrum, vt à frigore concretum durius, eadem ratio est resinarum liquidarum, aut minus siccarum & ceræ.

Resina aut cera quanto pinguior, humidior, & recẽtior, tanto parcior tam hyeme, quàm æstate miscenda est.

Si medicamentum facturus es simile acopis vnguentis, & ceratis liquidis, oleum sit quadruplum ceræ. Si ad emplastri speciem durum, ceram oleo æqualem misce, maximè si cera sit vetusta & sicca: si verò recẽs est ac pinguis, pauciore oleo quàm cera opus est, vt ceratum emplastri consistentia fiat, maximè per æstatem: vt si facis ceratũ diaeuphorbii, accipe ceræ drach. 6. olei drac. 6. vel drach. quinque, euphorbii drachmam vnam. Quòd si resinam miscebis, vt glutinosius sit medicamentum, oleum minue. Cera enim ad liquiditatem multò pingui eget: resinæ verò si sint aridæ, pauco: si liquidæ, siccam aliquam substantiam ad emplastri consistentiam postulant. Quantum autem resinæ cerato misceas, coniectabis

experientia. Terebinthina enim triplicata ceræ mista, vide an emplastri habet spissitu dinem, si erit siccius, auge resinam: si mollius minue, vel ceram auge.

De propoli eadem quæ de cera ratio, si enim pinguis & recens est, parcior miscenda est ad emplastri formam, si vetus & sicca, largior potest misceri.

Si medicamentum iam cerati habet con sistentiam vt emplastrum fiat, ceræ tantùm tertia pars vel quarta misceatur: si adeps mi scenda est, & ea humidior, ceræ dimidium addendum est.

Si cerã parem miscebis oleo, emplastrũ medicamentum fiet aëre temperato. Si verò cera vetus est, & arida, & aër frigidus, paulò plus olei: si autem cera pinguis, & aër calidus, paulò minus olei quàm ceræ, vt ceræ pinguis lib. vni, olei vnc. duodecim, ceræ verò siccæ vnc. tredecim, pro ceræ consistentia, quantitate, & aëris in calido & frigido temperatura. Vt autem pinguedine lenta cuti adhærere possit, resina additur præcipuè terebinthina liquida parte ad ceram tertia, vel quarta.

Quando ceræ miscentur liquabilia, quæ frigida vbi concreuerint solida sunt, pauca cera opus est, vt in basilico tetrapharmaco recipienti ceræ, resinæ simp. colophoniæ pi-

cis

cis ſeu taurini pares portiones.

Quando præterea ceræ miſta ſicca ſunt, vt metallicorum pulueres, farinæ, pauca mi ſcetur, vt emp. ex ſemi. lini. Olei veteris lib. duæ, ceræ vnc. 20. reſinæ colophoniæ, adipis ſuilli ana lib. 1. & dimid. lithargyri li. 1. ceruſæ, & muccaginis ſeminis lini ana vnc. ſex, thuris vnc. quatuor, farinæ tenuiſsi. vnc. vna. Muccaginis, ſem. fœniculi, lini, radi. althææ, & oleum incoquit Paulus in diaphilo, dum bullire deſierint, id eſt ad muccaginis conſumptionem.

Ex metallicis præſertim ſi pauca liquida addantur, ſtatim duriſsima euadunt emplaſtra. ob id parua quantitate paranda, præſertim ſi hyeme parãda ſunt, ceræ, olei, adipum, medullarum, gummium reſinarum, butyri, liquorum recentium, & ſuccorum glutinoſorum miſturam cum ſiccis, primam coniectura quadam artificioſa ex ſingulorum quantitate & conſiſtentia præſumimus: non planè ſcientes quale craſsitudinẽ tandem medicamentum ſit futurum: Sed cùm miſta ſint omnia, clarum fit an tenerius, vel durius æquo ſit redditum: quare in ſecunda compoſitione diligentius à nobis coniectanda eſt legitima cuiuſque quantitas.

Olei menſura eſt coniectãda ex his quibus

bus miſcetur,& coctionis quãtitate,& aëris temperie:nam metallica ſunt coquẽda diutius quæ ſiccare ſine morſu volumus, ac glutinoſiora eſſe, ob id largius oleum requirunt:quod ſi paucum habent,& minus diu coquenda & friabilia ſunt, niſi reſina aliqua coëant. Quod ſi cum oleo & aceto vel vino coquitur,quo plus aceti vel olei accipit, eo magis ſiccabit emplaſtrum.

Quæ ladanum accipiunt, non egent cera &,contra,quia ladanum ceræ loco ad ſiccorum medicamentorum vnitatem faciendam vſurpatur. Multæ ceræ miſtura medicamenti vim aufert,cera recẽtiſsima molliſſima, pinguiſsima, pauco humore oleoſo eget. Vnus coquendi modus in omnibus emplaſtris nõ eſt ſimiliter vtilis,ſed colorẽ, & ſæpe facultatẽ immutat. Poſsis enim ceruſam ab initio cum lithargyro coquere, ſed candorem ex longiore coctione perdet, & aſtrictionem,& refrigerationem: magis tamen ſiccabit,ſi cruda inijcitur, contrà,ſi cocto iam lithargyro ad mellis conſiſtentiã, omnia hæc mediocriter.

Coquendi modus & ordo.

Dum lithargyrum & alia metallica coquis igni, ſpatha ferrea moue ne vrantur, quod fundum ob inſitam grauitatem promptè petunt.

Lithargyro ad conſiſtentiam cocta adu

duntur adipes,resinæ,gummi, manna, cera, dum cocta adeò sunt omnia, vt digitos non inquinent,galbanũ,& ærugo, & opopanax, aristolochia , panacis radix, chamæleontis radix,gentiana,myrrha.

Lithargyro ex oleo liquata cera, & terebinthina adduntur,vbi cocta sunt adeò, vt manus non inquinent,ammoniacũ manibus dilatatũ additur,deinde lana succida, vsta.

Quod si sepum & mannam thuris accipiat,illa ante ceram miscentur, & assiduè mouentur:post vbi mutata erunt & liquata,ceram,& picem aridã, & terebinthinam, donec amplius manus non inquinent: tunc adde galbanum,post æruginem, & opopanacem aceto dissoluta.

Lithargyro ex oleo cocta squamma læuissima miscetur semper mouendo, deinde chalcites ex vino calido acrimoniã, exuta, vel aceto trita,paulatim miscetur.

Si bitumen,pix,cera,resina,propolis spissato illi addantur,quibus liquatis ærugo, & pyritis lapis ab igni sublato, & modicè refrigerato alumen,galbanum subactũ manna iniicitur.

Myrrha,bdellium,thus,opopanax ex aceto terũtur,interdũm & ichthyocolla minutim concisa prius,puluis lanæ succidæ, manna,galbanum,extra ignem iniiciuntur.

Ter

Terebinthina & cera adduntur lithargyro ad consistentiam cocto, deinde ammoniacum digitis dilatatum, tunc & ærugo & squamma æris: post hæc ipsum æs vstum, pityinam, & ceram, post hæc metallica.

Coquendi finis. Finis coctionis emplastrorũ est, cum scopos prius dictos attigit: consistentiam scilicet legitimam cum viribus expectatis, colorem quoque quæsitũ ac odorem. Consistentia autem iusta, hoc est crassa, dura, glutinosa, & adhærẽs cognoscitur, quãdo emplastri portio exẽpta, & refrigerata in aëre, marmore, metallo, vel aqua, vel alio, digitos non inficit, & omnia in vnũ probè coierunt: nec fragile, sed tenax, ductile, rumpi cõtumax, duritiæ ceræ igni, vel alio calore mollitæ.

Vires autem emplastri expetitas cognosces si quas frangi noluit medicus, integræ sunt, nec igni dissolutæ, quas auctas voluit, vel fractas, coctione longa, vel aliorum mistione auctas & fractas coniectura quadam colligis, quæ an certa fuerit, experientia & vsu emplastri probauit medicus, & tibi posteà insinuabit. Ignis ipse non modò vehemens aut clemens, sed subiectorum ratione, & diuturnitate emplastri, vim aliã alia mutat: nam vehementior vrit, & denigrat: vti & diuturnior & fumosus, & qui ex tedis fit, vel aliis fumum multum & crassum

fum ob refinofam fubftantiam edentibus, & in aëre craffo,& nebulofo factus. Contrà verò clementior coquit, & qui ex lignis fit ficcis,ac fine fumo, finceram & fplendidam flammam edentibus in aëre puro.

Lithargyros flamma acri & cõtinua interdum coquitur,interdũ igni lento. Probè coctum eft emplaftrum diachilon Nicolai Alexandrini,quando in eo veficulas ebullare & fubfiftere videris, cap.eiufdem.104.

Pyxide rubra quædam,alia lignea, alia pelle excepta reponuntur ,ferè tamen hodie Democratis exẽplo li.5.c.ph.g. μαγδαλίας manibus facimus, quas papyro circundamus. *Repofitio.*

*Emplaftrum diachylon commune Mefuæ fit fit,lithargyri tenuißimè triti, & à plumbo, & fcoria purgati unc.una & dimidia,cum olei antiqui clari unc.tribus in mortario * lapideo piftillo ferreo diu conquaffetur & agitetur, poft igni lento coque, rudicula femper mouendo, donec lithargyrum craffefcat : tunc igni aufer, ut paulatim frigefcat ,fine. Interim unc. tres muccaginis ex femine lini , & fœnigræci & radice maluæ, extractæ parum feruefac, deinde illam paulatim lithargyro & oleo probè piftillo ligneo permifce: poftremò percoque omnia fimul ad iuftam fpißitudinem. Si uis irca-* *Diachylõ album.* **reo hodie.*

Si puluerē ireos misceas oleū aliquot etiam tum miscendū.

tum facere, misce, aut oleum irinum pro communi, aut pulueris ireos unciam unam in lib. singulas, si addatur muccago, se. meliloti, anodynum magis euadet.

Hodie sic paramus, sunt qui semina lini & fœnigræci purgata sordibus, & radicem maluæ mundam & contusam nonnulli triduo aqua macerant, super prunas clementes, deinde semper mouendo coquunt ad dimidias, & colant. Eius colati libram vnam cum oleo aliquantisper coquunt, posteà puluerem lithargyri miscent, & continenter rudicula mouentes coquunt, donec bullas & stridorem edere desinat, seu donec marmori vel aquæ frigidæ infusa portiuncula & refrigerata idoneam habere consistentiam videatur.

Si lithargyros & oleum diligenter sint abluta, multò albius erit emplastrum. Nicolao Alexandrino recipit olei veteris vnc. 42. lithargyri vnc. 36. radicis maluę agrestis, & ibisci, fœnigræci, seminis lini ana vnc. 12. radices & semina in aquæ phialis tribus triduo infusas, igni lento coque ad dimidias, cola: expressi libram vnam cum oleo aliquandiu coque, dein puluerem lithargyri quantum satis est incoque semper mouēdo: dum percoctum erit, hoc est, dum vesiculas

bull

bullare & subsidere videris aufer igni: dum refrixerit, conde. Lithargyrum cum oleo vi di diu agitari in mortario metallico pistillo ferreo, abluit: sed dum ignẽ attigit, nigruit, maximè vt diachylo ineptissimũ videretur.

Lithargyrum vbi in vas igni impositum miseris, oleum paulatim affundatur, semper miscendo pistillo ligneo vbi probè erunt mista, partem meliorem muccaginis affunde & coque, dum ea videbitur cõsumpta: re liquorum paulatim adiice semper mouẽdo.

Cum autem lithargyrum promptè vratur motu per spatham ligneam latam assiduo est opus, qui eam à fundo vasis separet: ignis præterea sit blandus, & affundatur vt dictum est, muccago.

Album autem fiet vt vulgò expetitur, si muccago parũ habeat se. fœnig. id enim largius flauum facit emplastrum, addunt nonnulli salem paucum initio extrahendæ muccaginis, vt clarior & albior sit. Lithargyros, item benè lota aqua cõmuni vel salsa, albedinẽ addit, & coctio mediocris. Nã multa & vstioni propinqua flauitiem & ruborẽ & nigrorem impartit. Si verò violẽta est flamma, etiam mox nigredinem dat lithargyro.

Empl. diachylon magnum Mesuæ recipit lithargyri puri, triti & creti unc. 12. olei irini, Proportio lithargyri

D

ad oleum hic eadē, quæ prius. *anethini, chamæmelini ana unc. octo, muccaginis, seminis lini & fœnigræci, & radicis althææ, & ficuum pinguium & uuarum passarum, succi ireos, & scillæ, œsypi, ichthyocollæ ana drach. duodecim & semissem, terebinthinæ unc. tres, resinæ, pini, ceræ flauæ ana unc. duas, compone ut diachylon commune.*

Muccagines vt prius emulgeantur, oleoque lithargyros in mortario vel vase in quo coquenda est diu ante coctionem nutriatur semper mouendo, deinde igni lēto coquatur, dum crassescere incipit muccago paulatim affundatur, hac propè cōsumpta igni auferatur emplastrū, affundatur succus ireos & scillæ, & ichthyocollę glutinis muccago, cū vino et aqua simul mistis & coctis extracta. His consumptis coctū est emplastrū, & cera minutim secta & pini resina miscendæ his liquatis, terebinthina & œsypus extra ignem miscenda, quia coctionem non sustinent.

Ichthiocolla etiā piscis est.

Empl. de muccaginibus spurium recipit muccaginem, sem. lini & fœnigræci, & althææ, & medrani corticis ulmi ana unc. quatuor & semissem, olei, liliorum, anethi, chamæmeli ana unc. unam, Ammoniaci galbani, opopanacis, sagapeni ana unc. semissem, ceræ nouæ unc. uiginti, terebinthinæ uncias duas, croci drachmas duas.

fac

fac emplastrum.

Muccagines vt dictum est extrahātur cortice vlmi medio benè prius cōtuso, eædem oleis incoquendo consumantur, olea residendo purgentur, vel linteo sine expreßione colentur: his calentibus cera particulatim secta liquefiat, & liquores isti quatuor aceto * soluti, & linteo colati cerelæo calido misceantur: postremò extra ignem terebinthina probeque omnia commisceantur, & caue ne ingrumos abeat. Crocus tritus mortori inspergitur & manibus fingēdo magdalias immiscetur. **uel chamæmeli & meliloti decocto.*

Empl. de meliloto Mesuæ recipit, meliloti unc. sex, florū chamæmeli, se. fœnigræci, rad. althææ, absynthij, sampsuchi, baccarum lauri ana drach. tres, cardamomi, cyperi, ireos, caßiæ, spicæ nardi, seminis apij, ameos, anisi ana drach. duas & semissem, ammoniaci drach. decem, styracis, bdellij ana drach. quinque, terebinthinæ unc. unam & dimid. ficus pingues duodecim, sepi hircini, resinæ ana unc. duas & semissem, ceræ unc. sex, olei sampsuchini & de spica ana q. sufficit insundendis & extendendis omnibus. *Vt ana unciam unā.*

Sepum hirci colatum resina, cera in oleis liquentur, ficus pingues aut parùm humectatæ probè tritæ per mantile, aut stamen, aut

cribrum ſetaceũ cernantur, prædictis miſceã tur, deinde ammoniacum & bdellium in aceto ſoluta & colata, poſteà terebinthina, poſtremò vbi refrixerit, pulueres creti radicum, herbarum, florum, aromatum, & ſimul cum his ſtyrax per ſe diligenter tritus. Si verò ficus eſſent pauciores, & puluis largior, nec is cernendus, poſſunt hæ minutim cõciſæ cum aliis teri, baccæ lauri excorticandæ. Sunt qui Ammoniacum & bdellium aqua (cui melilotus, chamæmelum, & fœnumgræcum ſint incocta) diſſolui malunt, vt emplaſtrũ fiat emolliens magis: ſed aqua illa ægrius ſoluuntur: quàm aceto eſſentiæ tenuitate promptius ipſa tota penetrante & diſſoluente.

Emplaſtrũ ceroma Nicolaus Alexãdrinus. & primæ claſſis drach. 7. 2. drac. 6. tertiæ. 4. quartæ. 3.

Empl. ceroneũ Nicolai recipit picis naualis colatæ, ceræ ana unc. duas, & drach. tres, ſagapeni unc. duas, ãmoniaci, terebinthinæ, colophoniæ, croci, ana unc. unam, & drach. tres, aloës, thuris, myrrhæ ana unc. unam, opopanacis, ſtyracis, galbani, maſtiches, aluminis, fœnigræci, ſtyracis rubri, bdellij ana drac. tres, litbargyri drach. unã & dimidiã, ſagapenũ, galbanum, opopanax, ammoniacum fracta uel potius inciſa uino tecta noctæ macerentur: coquantur ad uini dimidij conſumptionem, colentur, tunc picem colatam mi-

ſce,

ſce,ſpaihula moue,hac liquata ceram: qua fuſa colophoniam colatã. poſteà ſtyracem piſtillo calido tritum fruſtatim adde: hinc maſtichen, thus, myrrham: bdellium, trita, creta aliquandiu poſt inijce, terebinthinam, alumen, lithargyrum, fœnumgræcum percoctum affunde in aquam frigidam, extracto aquam omnem manibus exprime cum puluere, aloës ſuper marmor oleo laurino unctum ſubige, cum puluerato croco finge offas manibus eodem oleo unctis.

Sed Nicolaus Alexandrinus lithargyrũ tenuiſsimè tritum, cum oleo quantum ſatis eſt percoquit, deinde picem addit: hac liquata, ceram, aqua fuſa lachrymas colatas, ammoniacum, ſagapenum, opopanacem, galbanum, ſtyracem vtrunq;, terebinthinam, & ſpatula probè miſcet. Hinc colophonię, thuris, maſtiches, bdellii, aluminis, myrrhæ, fœnigræci, puluerem paulatim miſcet, vbi percoctum eſt, in aquam iniicit. Ceroma autem propriè oleum quo luctaturi ſe perfundũt.

quintæ duas & galbanum, ex qua bdellium & conſiſtentem id eſt ſtyriacem rubrã in ſextam ſeparet drach. una utriuſque contẽius ut lithargyri drac. dimidia.

Hodie melius picem & colophoniam liquatam colant, ceram in ea liquant, ſagapenum, ammoniacum, galbanum, opopanacem, bdellium, vino ſoluta & collata coctaque ad vini propè totius conſumptionẽ, paulatim miſcent, deinde terebinthinam, poſtremò puluerem reliquorum tenuiſsimè

tritorum & cretorum, crocũm verò inter ſubigendum ſuper marmor & oleo manus vngunt, ne his emplaſtrum adhæreat. Vel potius liquoribus, vt dixi, coctis particulatim miſcetur cera, reſina, colophonia liquata, vel cera particulatim iiſdem miſcetur: & hac fuſa, reliqua duo liquata paulatim miſcentur: ſic enim citius & perfectius in corpus vnũ coeũnt. Si verò ſimul vel liquores ceræ, pici, colophoniæ, vel cõtrà liquoribus, ceram, picem colophoniam affatim iniicis, liquores fundum ob grauitaté petentes vrẽtur: & cũ aquoſi ſint ægrius, aliis pinguibus ſummum leuitate ſua petentibus miſcebuntur: niſi fortè tandem iam vel vſti vel ſemiuſti. Vide diligenter, ne aloé, & myrrha vrãtur, & grumoſum reddant emplaſtrum.

Alii ſecreto quodam modo Ammoniacum, ſagapenum, opopanacem, galbanum, bdellium vino ſoluta, cocta ad emplaſtri cõſiſtentiam, terebinthina paulatim miſta ſine igni remolliunt, non modo in ceroneo hoc, ſed etiam emplaſtro præcedenti de meliloto & aliis, deinde liquatam ceram cum pice & colophonia miſcent, poſtremò reliqua.

Nico Alexã. in pri. *Empl. oxycroceum Nicolai recipit picis naualis, croci, colophoniæ, ceræ ana unc. quatuor,* *ter*

terebinthinæ, galbani, ammoniaci, myrrhæ, mastiches, thuris ana unc. unam, & drach. tres: Galbanum & ammoniacum aceto nocte una macerentur, postridie liquantur igni, colantur, iterum coquuntur ad partis aceti consumptionem: addit tunc picem naualem colatam, hac fusa, ceram, qua liquata colophoniam, deinde terebinthinam aliquandiu post masticen, thus, myrrham, semper spathula mouendo. Cocta in aquam frigidam immitte, manibus hanc totam exprime, super marmor oleo inunctum cum puluere croci molli, & offas finge.

ma classe unc. duodecim, in secunda. 4. aceti phialam unam miscet.

[1] Alii picem naualem colatam, colophoniam ceram liquant, his adhuc calidis galbanum & ammoniacum in aceto dissoluta & colata miscent. His coctis mastichen, thus, myrrham, postremò terebinthinam, & vbi iam refrixit manibus mollendo & subigendo super marmor, puluerem croci confundunt: hyeme verò addi potest olei unc. una ob emplastri siccitatem.

[c] Nicolaus Alexandrinus picem cum parte aceti, in olla noua coquit ad aceti consumptionem, cum reliqua ammoniacum, thus in mortario terit & soluit, & coquit semper mouendo, cauens ne acetum exiliat. Cum acetum est consumptum, galbanum, myr-

rham, mastichen addit, his feruefactis crocum pulueratum miscet, deinde in mortarium fundit, & fingit magdaliones. Sed modi alii placent magis.

Oxycroceum vocatur ab aceto macerante, galbanum & ammoniacum & croco largiore. Nā eius vncias quatuor recipit, ceroneum verò tantùm vnciam vnam & drachmas tres. In ceroneo prætereà liquores vino macerantur, cæterà multùm conueniunt, sed illud valentius, hoc propter crocum largiorem sumptuosius, quem variè minuunt. Ob id vt vilius sit, croci vnc. tantùm duas hodie miscent, dolo parum malo cum crocus vires medicamento maiores non largiatur, quàm ceroneo, vt causa sit nulla, cur hic adeò augeatur sumptu parū necessario, nec viribus adeò æstimandis.

Empl. de Ianua Nicolai recipit succorum apij, plantaginis, betonicæ ana lib. unam: ceræ, picis, resinæ, terebinthinæ ana lib. semissem, forma emplastrum.

In succis his reliqua tria sunt igni lento coquenda, & continenter mouenda ad succorum consumptionem, postremò terebinthina mista semel, aut bis feruefaciēda. Alii terebinthinæ partem dictis simul incoquūt, reliquam extra ignem miscent, vt siccitatē

ali

aliorum emẽdent,ficq; formam emplaſtro meliorem impertiunt. Succos per ſe in ſapas coquerem potius,deinde liquatis aliis miſcerem. In neutro Nicolao inuenio hoc emplaſtrum,vt neq; tria ſequentia:ſed tantùm ex his ceroneum,oxycroceũ,apoſtolicum.

Empl.gratia dei Nicolao recipit, terebinthinæ lib.ſemiſſem,reſinæ lib.unam, ceræ unc.quatuor maſtiches unc.unam, uerbenæ,pinpinellæ, betonicæ ana manipu.unum, herbæ hæ tuſæ ex uino albo ualenti coquantur,ad uini tertiæ partis conſumptionem,cola, herbarum ſubſtantiam abijce,in colato cera,reſina,maſtiche coquantur ad corporis idonei conſtitutionem, aufer igni,terebinthinã adde,ſpathula moue,fac emplaſtrũ.

Herbæ hæ recentes inciſæ, tuſæ in vino albo potenti ad ſui diſſolutionem percoquantur,colentur,in colato vini reliquo cera & reſina ad colati propè conſumptionem coquantur:tũc maſtichen adde,poſtremò terebinthinam,ſemel feruefac, aufer igni,vbi refrixit finge in offas cylindrales.

Alii in colato reſinã ſolam coquunt:hoc propè conſumpto ceram addunt,poſtremò terebinthinam extra ignem,& vbi refrigerari incipit,maſtichen pulueratã permiſcẽt. Vterque hic modus,quàm Nicolai eſt præſtantior,quod maſtiche coctionem non ſu-

ſtineat ob eſſentiæ tenuitatem.

Hodie vt ſit albius, addita paulò largiore terebinthina trahunt modo penidiorum.

Empl. ad herniam Nicolao recipit picis naualis, aloës ana uncias tres, lithargyri, ceræ rubræ, colophoniæ, galbani, ammoniaci, ana unc. duas. Viſci à quercu uncias ſex. Boli armeniæ, utriuſque ſimphyti, gypſi utriuſque ariſtolochiæ, lumbricorum terræ, gallarum ana uncias quatuor, myrrhæ, thuris ana uncias ſex, terebinthinæ unc. duas, ſanguinis humani lib. unam. Pellis à ueruece mox ubi ablata eſt, horis. 24. coquatur, deinde expreſſa pelle & abiecta uiſcum quernum in hoc iure diu coctum ubi fuerit, igni auferatur, addaturque terebinthina, lithargyros, colophonia, hinc maſtiche, thus, myrrha, galbanum, ammoniacum, lumbrici terræ paulò pòſt ſymphytum maius & minus, gypſum, bolus armenia: igni tunc redde, & adde ſanguinem humanum, ariſtolochiam longam & rotundam, poſtremò aloën, ſemper ſpatha agitando, impone marmori, quod oleo uiolato inunxeris & manibus ſubige. Iterum biduo aut triduo in mortario continenter teratur.

Aliud eſt Arnoldi Villanoua — In decocto prædicto pellis aretinę recẽtis viſci baccæ ad ſui diſſolutionem percoctæ, colando expreſſæ abiiciuntur, additur

Ii

lithargyros,aliquãto post cera.pix,colophonia,coquendo semper mouenda ne vrantur: coctis his,& aqua prope consumpta, galbanum ammoniacum, vino soluta & creta, myrrha,terebinthina,ab igne depositis, sed adhuc calentibus,thus mastiche, lumbrici in vino purgati & vino alio probè seorsum cocti. Tempore nimis durescit, nisi addatur oleum. Alii post colatum viscũ extra ignẽ addunt ceram, colophoniam terebinthinã, aliquantò pòst iniiciunt liquores dissolutos,colatos,coctos,vt sæpe dictũ est. Lithargyros,gypsum,thus,myrrha bolus armenia, sanguis humanus &c. teri habilia.

Empl.diuinum Nicolai recipit galbani,myrrhæ ana unc.unam & drach.duas, ammoniaci uncias tres & drach.tres,opopanacis,mastiches, aristoloch.longæ.æruginis an i unc.unam, lithargyri & olei communis ana lib.unam & semissem, ceræ nouæ unc. octo, thuris unc.unam & drach.unam, bdellij uncias duas,magnetis unc. tres,misce omnia ut decet.

Lithargyrum cum oleo diu ante coctionem nutriatur,posteà ad spissitudinem vsq; * coquatur:tunc adde ceram minutim concisam:qua liquata aufer igni, & adde galbanum, ammoniacum, opopanax, bdelliũ,si molle est in aceto vel vino dissoluta &

** Id quod ei cito, quia paucum est oleum, accidit.*

& colata & cocta: deinde puluis myrrhæ, bdellii, si est siccum, mastiches, thuris, aristolochię, magnetis: postremò ærugo, ne si diu coquatur, emplastrum fiat rubrum, sit tamen medicamentum adhuc valde calidum, alioqui, ob ipsius solidam duritiē ægre permiscerentur omnia. Si verò flauū vis semiustam æruginem impone, vel coquēdo talem redde: si rubrū (quale Narbonensis Gallia præfert) eius æruginis drach. duas, vel quatuor dum coqui cœpit lithargyros immitte, reliquas eius drach. in fine, si non vis ita coloratum, totam misce postremum.

Emplastri forma per coctionem fiunt hodie vnguentum tripharmacum, & vnguentum de cerusa.

*Empl. apostolicum Nicolai recipit, lithargyri unc. sex, ceræ mauricæ, colophoniæ ana unc. duas, propoleos, uisci querni ana unc. unam, ammoniaci, cadmiæ lapidis ana drach. sex, mastiches, thuris ana unc. semis. terebinthinæ, bdellij opopanacis, galbani, myrrhæ, sarcocollæ, æris usti, squammæ æris, æruginis, dictamni, aristolochiæ rotundæ, *mumiæ ana drach. tres.*

**Prasij uiridis Nicol. Alex. cætera cō sentit, nisi pōderibus omnibus uariaret.*

Lithargyrum & oleum diu simul nutrita, coquuntur, semper mouendo ad emplastri consistentiam, seu donec scutellæ imposita, ceræ, aut mellis modo coacta sint: tunc

ce

cera, colophonia, mastiche, thus, myrrha, bdellium, propolis, viscum quernum, terebinthina in his quo scribuntur ordine liquẽtur. His fusis igni auferatur, adde paulatim: ne effeiueant liquores, ammoniacum, opopanacem, galbanum dissolutos aceto aut vino, colatos, coctos ad aceti aut vini consumptionẽ, vt dictum est recoque. deinde pulueres sarcocollæ, cadmiæ lapidosæ, æruginis, squammæ æris, æris vsti, dictãni, aristolochiæ, dum erit percoctum, hoc est aquæ frigidæ portione iniectum duratur, & digitos tractatu non inquinat glutinoso adhęsu, tũc totum aquæ frigidæ iniiciatur: dũ refrixit, exemptum manibus, oleo laurino inunctis, fac magdalias. Nicolaus Alexãdrinus lithargyro, cum oleo ad emplastri consistentiam percocto, ceram, galbanum, terebinthinam, propolim, colophoniam seorsum, & modico interuallo addit: posteà, æs vstũ, cadmiã commiscet, probè semper feruefaciendo, deindę opopanacem, ammoniacum, bdellium, viscum, myrrham, thus, mastichen, sarcocollam, squammam æris cum pauco aceto trita in mortario, & in lactis formã deducta miscet, & coquit spatula certatim mouẽdo.

Empl. de uigo recipit olei chamæmeli, anethi, de spica, de lilio ana unc. duas, adipis porci uitul,

an

ana lib.unam, euphorbij drach. quinque, thuris drach.decem, olei laurini sescunciam, adipis uiperæ unc.duas & semissem, ranas uiuentes sex, lumbricorum in uino lotorum unc.tres & semissem: succi radicum, ebuli & enulæ ana uncias duas, schœnuanthi, stœchadis, matricariæ ana manip.unum, uini odoriferi lib.duas, coque omnia simul ad uini consumptionem: coletur. colato adde lithargyri auri lib.unam, terebinthinæ claræ unc.duas, cum cera alba, fiat ceratũ, aut unguentum, addendo in fine, styracis calamitæ sescunciam, & igni ablatum pistillo tribuletur, donec tepidum erit, tunc adde argenti uiui saliua extincti unc.quatuor, misce diu pistillo.

Hoc emplastrum ascripturus non eram, quod argentum habeat viuum à cuius vsu omnium maximè abhorreo, propter noxas à prioribus designatas, à recentioribus experientia quotidiana plùsquam vellent cognitas. Sed publica vtendi eius consuetudo, ne omitterem effecit, accessit ad id Petri Grusellii olim mihi in re medica condiscipuli, nunc verò medici longè præstantissimi, elogium de hoc emplastro à se non semel magnis successibus vsurpato in articulorum & reliquarum partium neruosarum doloribus etiam hæreditariis, non solis Hispanã luem cõcomitãtibus in corporibus carnosis. Plura

rà composita medicaméta describere, mihi visum nõ est, quod etiam in his multa idem promittunt, & præstant, ob idq; ociosa videri possint. Integrum autem cuiuis docto, vel noua adiicere, vel ex his quædam expungere, aut saltem mutare, vt simplicibus cõstét, vel pluribus, vel paucioribus, vel non idem pollentibus. Huc pertinet quod nullo negotio quiuis potest ex Mesue & Nicolao Alexandrino potius quã ex Salernitano quoties opus erit, aliã corrogare. Nobis hoc labore suffecit experiri quid hac in re aliquãdo præstare poterimus. Quapropter paucis singula tantumque leuiter perstrinximus, cum plurima superaddere nobis licuisset, nisi voluissemus prolixitate auditorem deterrere nouitium vel obruere. Est autem id totum velut imago quædam rudis tantùm eorum quæ post scribemus: sed paulatim mihi pharmacopœi sunt melioribus assuefaciendi, vt posteà non fugiãt maiora. Cùm non ignorem in horũ fæce plurimos omnino & indoctos, & rerũ omnium imperitos, & stolidos, dicam audacius, & maleficos, & haud dubiè veneficos, qui hunc laborem nostrum accusabunt tanquam parũ vtilem, imò noxium, scio calumniabuntur, quod hactenus miseris mortalibus ægris rectè esse consultum per Arabicæ familiæ placita plauè mentientur.

tur. Sed hi non ita multò post etiam inuiti intelligent quàm fuerit in hũc diem iniqua ipsorum conditio, & volent nõ volent, sub nostra hæc præcepta cogentur, ne, frugibus inuentis glandes defendere amplius illis liceat. Intereà verò quia nihil suibus his cum amaracino vnguento est, musis & purioris pharmacopœetices studiosis scribo id quãtulum quantulum est: quod oro manu grata accipiant, & secum repetent, quam non fuerit facilè rem hactenus intentatam excitasse. Id quod iudicare facillimum his est, qui scripta sua aliquando publicarunt multo studio, cura, industria, vigiliis, ingenii summis viribus comparata. Qui verò nihil adhuc ediderunt, ignari nostrorum laborũ, ad calumnias sunt propensissimi, sed hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus annis. Hisque ingratis seruire nephas est, vt est apud poëtas. Boni igitur consule: & fronte non ingrata sume lector candide nostrum hoc tirocinium, intereà dum huius medicinæ partis specimen apparamus, longè pulcherrimum, fœcundissimum posteritatis memoria dignissimum.

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM, HVIUS OPERIS, NVNC PRIMVM ADDITVS.

*

F

Her

N

Nut

De

Sem

V

FINIS.

Lugduni,

EXCVDEBANT

PHILIBERTVS ROLLETVS,

ET BARTHOLOMAEVS

FRAENVS,

IMPENSIS HONESTISSIMORVM VIRORVM

GVLIELMI ROVILLII, ET ANTONII

CONSTANTINI.



